



XVIII. 4. 400 a adl.

ca. libro P. Justini
Sulthomski

EMMANUELIS

ALVARI

E SOCIETATE JESU,

DE INSTITUTIONE

GRAMMATICA

LIBRI TRES.

EDITIO NOVA CORRECTOR.



Cum licentia Superiorum.
& Privilegio Sacræ Regiæ Majestatis

V I L N Æ.

Typis S. R. M. Academicis S. J. Anno Xti 1758.

<http://rcin.org.pl>



AUCTOR

Ad

CHRISTIANUM PRÆCEPTOREM.

PAUCIS te volo, Christiane Doctor,
Aurem, quæso, benignus admoveto:
Mores si doceas pios, pudicos
Primùm, dein monumenta purioris
Lingvæ, pietate copulata
Vera; te faciet beatoris
Vitæ participem, omnium Magister.






Totius Grammaticæ divisio, pro tribus discipulorum Classibus, sive Scholis.

QUò facilius deinceps intelligatur, quæ cuiquæ Scholæ, seu Ordini pars Grammaticæ tribuatur, initiò monendus pius est Magister, tres in partes pro tribus discipulorum Scholis, sive Classibus, universas hæc Institutiones esse distributas, ita tamen: ut Infima Classis binos Tyronum ordines complectatur: quorum unus inferior, alter superior appellatur: reliquæ verò duæ Classes, tum secunda, sive media, tum prima, seu suprema, singulis tantum ordinibus consent.

Tertiæ, sive infimæ Classis ordo inferior.

ERgo primus hic de institutione Grammaticæ liber, in duas dividetur partes, quarum prior, quæ ad inferiorem tertiæ sive infimæ Classis ordinem spectat. Primum quidem continet Declinationes Nominum Substantivorum, Adjectivorum, Anomalorum, & Pronominum: deinde Verborum Conjugationes: tertio deinceps Rudimenta, sive de octo partibus Orationis, quarto præcepta quatuordecim de constructione: quinto ac postremo de Generibus nominum difficilioribus.



Tertia, sive infimæ Classis ordo superior.

AD superiorem verò ejusdem scholæ ordinem pertinent postrema duo primi libri capita, hoc est: de nominum declinatione, & de præteritis, ac Supinis. Eidem verò ordini superiori tradatur introductio Syntaxis, sive constructionis è secundo libro, qui est de oëlo partium constructione: quæ quidem introductio in hac Romana methodo, ex initio secundi libri desumitur, omissis Appendicibus, usque ad communem verborum constructionem, & septem illa capita continet, de concordantiis, de constructione Verbi Activi, Passivi, Neutrius, Deponentis, Impersonalis.

Schola secunda sive media.

AD hanc proprie pertinent, primum quidem Appendices, quæ primi generis appellantur, deinde verò secundi libri duodecim capita, Verbis Impersonalibus, in Romana methodo proxima; Appendicibus etiam primi generis additis, hoc est: de communi omnium Verborum constructione, de constructione Verbi infiniti, Gerundiorum, Supinorum, participiorum, Nominis, Pronominis, Numeri Distributivi, de Præpositionum, Adverbii, Interjectionis, Conjunctionis constructione.

Prima Schola Grammaticæ sive suprema.

AD hanc denique classem præcipuè spectant primum quidem secundi libri Appendices, quæ secundi generis inscribuntur; deinde verò postrema quatuor ejusdem libri capita cum appendicibus, hoc est, in figurata constructione, de Barbarismo,

dc

de obscuræ, deque inornatæ orationis vitiis: ad extremum tertius Grammaticæ liber, qui est de Syllabarum dimensione, cum suis Appendicibus.

Porro expedire videbatur, ut hæc Grammaticæ partes tres, in tres item libros separatim typis, ut nunc loquimur, excussos, referrentur; id, quod etiam Anno MDCXVIII. factum erat: ut nequæ Magistri, nequæ discipuli quidquam, vel transilirent; vel alieno loco tractarent; verum quoniam id Bibliopolæ negant suis rationibus convenire, satis utrisquæ fieri posse: visum est, si & initio hæc totius Grammaticæ pro tribus Classibus partitio proponatur, & in singulis deinceps non modo partibus, sed etiam partium capitibus, præceptis, exceptionibus, appendicibus, notæ apponantur, quibus, quid cuiquæ Classi ordinive congruat, indicetur.

Admonitiones verò, quæ in primo præsertim libro sunt insertæ, ad solos Magistros pertinent, ut ex iis rationem exercendi, vel explicandi facilius hauriant.


Exceptiones autem, & Scholia, etiam discipulis proponuntur, & ad proxima præcepta, sive appendices referuntur: ergo in eadem Classe sunt explicanda, in qua traduntur præcepta, quæ proximè antecedunt. Scholia tamen primi libri non videntur à discipulis ediscenda, nisi forte vim novorum interdum præceptorum continere viderentur.

Explicatio notarum.

P. I. C. Pro Infima Classe, sive Schola Grammaticæ.

A₃

P. I.



4
 P. I. O. I. Pro Inferiore Ordine Infimæ Classis Grammaticæ.

P. S. O. I.) Pro superiori Ordine Infimæ Classis Grammaticæ.

P. M. C.) Pro media sive secunda Classe Gramm:

P. S. C.) Pro suprema sive prima Classe Gramm:

AP P. gen.) Appendix vel appendices prioris generis, quæ ad mediam Classem:Gramm:pertinent.


AP. P. gen:) Appendices posterioris generis, quæ ad supremam tantum Classem Grammat: spectant.

Admonitio ad Professores Grammaticæ, circa vitia quædam contra Orthographiam, & Accentum è Scholis nostris tempèstive & serio extirpanda.

CUM præclarum illud Horatii dictum: *Quò se mel est imbuta recens, servabit odorem testæ diu*, verissimum esse, re ipsa quotidie experiamur, dabit imprimis operam Præceptor: ut Discipuli etiamnum Tyrones, Latinæ lingvæ rudes, jam inde à principio optimæ pronuntiationi assuefcant: quod ut facilius assequatur, studiosè diligenterquè observabit, quibûs præcipuè vitiis laboret ea Regio, in qua sibi commissam Juventutem instruet. Nam singulis fere nationibus, domestica quædam, ac nativa insunt vitia, quibûs latini sermonis splendor obscuratur, ac pænè obruitur. Poloni pueri si Magistrum diligentem, ac benè pronuntiandi studiosum nacti fuerint, non male quidem pronuntiant: sin verò in eum

in.

inciderint, qui officio suo delit, ac de auditorum
 progressu parum sit sollicitus, barbare literas mul-
 tis locis efferunt, & universam propè orthogra-
 phiam pessumdant; cujus rei hōc locō nonnulla
 exempla proponere operæ pretium videtur; quan-
 doquidem id munus Grammatices non est mi-
 nimum censendum. Depravandæ porrò Ortho-
 graphiæ, modi præcipui sunt ferè quinque: pri-
 mus est, quando vocales crasse seu nimis vasto &
 rusticano more efferuntur: ut:huomo, pro homo;
 uomnes, pro omnes; galus pro gallus. Seu vice-
 versa, nimis exiliter, & effeminate, ut:aremus pro
 oremus; daminus, pro dominus. Huc pertinet vo-
 calium infertio, ut: viesito pro visito; quæstio, pro
 quæstio; viertus, pro virtus. Itemque in alias li-
 teras commutatio, exempli causâ: Jacobus, pro Ja-
 cobus; diabulus, pro diabolus; gladium, pro gla-
 dium; peccatur, pro peccator; com, pro cum. Se-
 cundus modus in consonantium dura, vel nimis
 expressa prolatione consistit, ut, si quis dicat: vor-
 rago, pro vorago; parz, pro pars; egzercitus, ve-
 luti per g. & z, seu eczercitus scriptum: pro e-
 xercitus: vel earundem consonantium additione:
 vg: chomo, pro homo; chabeo, pro habeo; sani-
 ctus, pro sanctus; itemque detractio, seu ob-
 scura prolatione; ut horus, pro chorus; Virilius,
 pro Virgilius; belum, pro bellum; tera, pro terra.
 Pōtest iis adjungi literarum commutatio, vg. si
 ponatur sz, pro S. ut szcamnum, pro scamnum;
 Szimon, pro Simon, Franciszcus, pro Franci-
 scus;




scus; cuszpis, pro cuspis; z pro S. ferè ut rezurgo, & ipsum S. pro z, vg. felus, pro zelus; &c. Huc spectant quidam Germanismi, ut fino, pro vino; pibere, pro bibere.

Tertius modus syllabarum additionem, seu deductionem complectitur. Additâ syllabâ censetur, si dicatur, fraater, pro frater, veneter, pro venter. Demitur vicissim, si pronunciantur: diablus, pro diabolus; batus, pro beatus; reliosus, pro religiosus; Maister, pro Magister, yeme, pro hyeme; gentivo, pro genitivo. Ad hoc vitium referendi sunt illi, qui ultimas syllabas dictionum ita supprimunt, ut veluti easdem absorbeant seu devorent: vg: es, pro esse; & qui nondum finita dictione respirant, ut per-horrescerent. In quarum modum corruptæ pronuntiationis conijcere possumus verba peregrina, latina terminatione donata, servatis tamen literis, aut syllabîs à lingua Latina alienis, vg: Cazimirus, pro Casimirus; Przemyśla, pro Premislia; Połockum, pro Polocia, seu Poloscum; Ołomuczum, pro Olomucium.

Quartus modus esse potest in accentuum negligentia, qua de re suo locò agendum est. Ex hujusmodi fontibus plurima pronuntiationis monstra emergunt. In iisdem syllabariis scholis, pleraquè omnia, quæ suprâ diximus, orta sunt vitia; nam verba articulatim syllabatimquè potius mandunt, quàm sonant, literasquè alias addunt, alias detrahunt, aliis alias permutant, sonos

nos fingunt novos & inauditos. Quare congreganda est magna verborum sylva, quorum pronuntiatio difficilior sit, quibuscum tamdiu novi Palæstritæ luctabuntur, donec devicta, & prostrata scœdissima barbarie e Palæstra Gymnasioque extrudatur, & in perpetuum relegetur.

Hoc idem Fabius libro primo, cap: 11. vehementer Præceptoribus commendat his verbis: Non alienum fuerit exigere ab iis ætatibus, quò sit absolutius os, & expressior sermo, ut nomina quædam versusque affectatæ difficultatis ex pluribus asperrimè còeuntibus inter se syllabis catenatos, & velut confragosos, quàm citatissimè volvant: *Chalepi*, Græcè vocantur. Res modica dictu; quâ tamen omisâ, multa lingvæ vitia, nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur. Latinum Alphabetum, vel syllabatim dicere non erubescet: alioquin id, quod sæpè usu venit, post multos annos analphabeti reperiuntur; Emme, Enne, Erre, & alia his deteriora literarum nomina perridiculè usurpantes. Quod si Professor id existimabit humilius, quàm ut suum Gymnasium deceat, potiusque ad elementarios abecedariosque Magistros spectare; meminerit, & se, & eam, quàm profiterur artem, ab elementis literisque nomen traxisse. Nos certè, quoniam in eadem versamur, ipsas non nudis formis, sed plenis nominibus libentissimè subjiciemus. A, Be, Ce, De, E, eF, Ge, Ha, I. Ka, eL, em, eN, O, Pe, Qu, eR, eS, Te, U, iX,
Ypsi-



Ypsilon, Zet. Multa denique, ne longior sim, Tyrunculis discenda sunt pro variis nationum lingvis, & vitiis, quæ Præceptor pro sua prudentia, & eruditione, etiam atque etiam considerabit.

Operæ pretium quoque fuisset, aliqua hic Orthographiæ præcepta accuratiora proponere: sed quia id paucis fieri non poterit, & ea doctrina vix ullis certis stabilibus regulis comprehendere potest; controversis & spinosis rebus puerorum ingenia intricare & libellum augere nimium nolimus. Sufficere interim duximus, monere Professores: ut, cum de Orthographia duæ jam vulgò sectæ, Antiquariorum una, Neotericorum altera, exortæ sint; non facile uni illarum toti adhaerescant, sed ex utraque ea potissimum sequantur, & pueris proponant, quæ Ethymologiæ, Analogiæ, quæ origini, & derivationi, quæ compositioni, quæ significationi vocum, quæ lingvæ Græcæ conformia magis sunt, & usus communis doctorum virorum approbat.

Interim hæc præcipue sunt observanda.

Considera, ubi, & quando scribenda sit majuscula, ut in propriis, & initio periodorum.

Ubi geminata; ut *ss* in superlativis: doctissimus. *rr*, erras, *tt*, mitto, *ll*, bellum, &c.

Ubi diphtongus; ut *Cœlum*, præmium, æternus.

Ubi *y*, ut *Chrysoſtomus*, *lychnus*.

Ubi aspiratio pura; habeo, hodie, non chodie.

Con-

Contra chorus, charitas, cum c, non horus: vel post consonantem, ut Rhetor, Cythara, Theologus, Stephanus.

Diſtionum Syllabæ dividendæ, ſic ſcribantur, quomodo proponuntur pronuntiando: ut omnis, non om-nis, laudo, terra, cunſti: lau-do, ter-ra, cun-ſti. Græcum y nunquam habet puncta in vertice, ut Chryſanthus, Chryſoſtomus: ſed quæ habent Latinum geminatum, ut Sili, vel filii, punctis notantur.

*Nota quibus oratio latina diſtinguitur,
ſunt hæ præcipuæ.*

Comma, ſeu inciſum ſcribitur ſic (,)

Colon, ſeu membrum, ſcribitur (:) vel ſic (;)

Periodus, ſeu ambitus ſcribitur ſic (.)

Interrogatio ſic (?) Admiratio & exclamationis ſic (!)

Parentheſis ſic ()

Accentus tres: Acutus ſic: é Adefné.


Gravis ſic: è cauté.

Circumflexus ſic: ê venère.

Obſerva etiam cognationem inter literas, exprountiatione ortam, ne aliam pro alia ſcribas, vg. g, pro j, majeſtas, non mageſtas: contra egeſtas, non ejeſtas, ajebant, fatiebant, pro agebant, faciebant: ſic c, pro t, aſtio, non accio, ſortior, non forcior, amentia, non amencia: ſic f. pro ph, Stephanus, cophinus, triumphus.

Quoniam verò Orthographiâ Polonica paſſim corruptiſſimâ noſtrates utuntur, viſum eſt etiam, hęc loco, brevem tabulam ejus rei proponere.

Voca-



Vocales.	a & e Polonicū est triplex, j i & y	a á a Pan/ Páni/ maż ē e e trzeba/ zeby/ źerdź. y caret punctis in vertice jam/ był/ bicz. wołow.
	o & ó c triplex.	c/ c3/ ć/ co czynić.
Consonantes.	h aspiratio.	h/ hardy/ non chardy. chwata non hwata. post t, & alias consonantes non est ponendum h, ut: twoy/ to; non thwoy/
Consonantes.	l & n duplex, p duplex.	l ł/ wylał/ n/ n/ na kon/ p/ p/ tup/ karp.
	S triplex.	s/ ś/ ś/ sam siedziś.
	Z triplex.	z/ z/ ź/ zelażo/ żimno.

Z post c & s non ponendum, nisi quando crasus sonus exprimendus, ut in his: czarny/śary; non autem in his: cały/ cnota/ sen.

Post l item non est ponendum i ante alias vocales, ut lato/ non liato/ chleb/ non chlieb; nec detrahenda aliqua vocalis, ubi ea requiritur: ut gn.ew/ lepiey/ non lepi; tasłki Bożey/ non Boży.


Quod vitium etiam in pronuntiatione graecarum vocum est sedulò notandum, & cavendum, ne nimirum pro *kefali*, proferatur *kiefali*: sic *keras* esferendum, non *kieras*; *ke* non *kie*. Nec temerè commutandæ vocales, una in aliam, v.g. *miły* dicendum, non *miety*; *grzech*/ non *grzyd*; *bytem*/ non *betem*; *śpiemał*/ non *śpiwał*/ *świeca*/ non *świca*/ *rc.*

Et

Et quoniam pronuntiatio accentus nostræ gentis admodum difficilis, ac proinde vitiosa est, præcepta autem ejus in quarta demum schola ediscuntur; non existimet gnarus Grammaticæ Magister, alienum esse à sua Schola accentum diligenter observare, & idem à discipulis exigere, siquidem ejus rei neglectus, absurdam, & non ferendam eruditis auribus pronuntiationem, in Scholas alioqui benè ordinatas, invehit; & ægrè admodum in superioribus Scholis pueri vitia dedocentur, quibus in Scholis inferioribus assueverunt, id, quod noster Auctor advertit: qui ob eandem causam Syntaxeos etiam aliqua initia infimæ Scholæ pueris instillanda proposuit. Accentum verò multi Auctores in tota Analogia inculcant, quod nostro Auctori non placuit, ne incrementorum formulis præcepta obscura, & prolixa magis redderentur: propriò igitur locò illa reservavit. Nos nihilo-minus, ne difficultatem hujus exercitationis aliquis opponat, suggerendum duximus, quid hac in parte pro captu puerorum facile, & parvo cum labore, magno autem fructu possit fieri.

Suffecerit igitur has aliquot regulas communes observare.

I. Ex Incrementis Nominum, & Verborum multarum dictionum accentus cognoscuntur: *vg.* in sequentibus penultimæ habentur longæ: Musarum, Dominarum, animarum, sermonis, Amarem, Docerem, Audirem, & in cæteris similibus.



bus. In his porro breves, partibus, Marmoris, Legere, Generis, nominis, & horum similibus.

2. Elevanda est vocalis in penultima, quam duæ consonantes sequuntur; Perennis, Disertus, lavisse: Deprimenda, quam vocalis altera sequitur, ut: Sedeo.

3. Diphthongus omnis longa est, ut: Cytharædus, Judæa:

4. Observandæ sunt nonnullæ voces, sæpius occurrentes, & discendæ sedulo; vg. figura, Numerus, Explica; disputa, Prævoca, Dicitio.

5. Monosyllabæ dictiones, exceptis tribus Encliticis Conjunctionibus, que, ne, ve, non sunt trahendæ ad accentum præcedentis dictionis: quò vitiò plerique passim laborant, & duo simul peccata committunt; in ultima nempe syllaba totum ponentes, quod Latinis inauditum est; sub uno accentu duas dictiones pronuntiant, hòc modò: adeshuc, pro ades huc; beatusvir, pro beatus vir; vidistime, pro vidisti me.

Ad extremum nullò modò ferendum est in Scholis nostris vitium illud pronuntiationis longè absurdissimum, dum pueri pensa quotidiana suis Censoribus, vel Magistris audientibus recitantes, præcipitant verba sic; ut ægè intelligantur; & subinde hæsitabundi post aliquot verba subsistant, eandem dictionem aut syllabam repetentes: aut vocalem e e e ingeminantes, & cantillantes: Lentè ergo, distinctè, & sine his additamentis recitare assuescant.


LM.

❖❖)(+)(❖❖

E M M A N U E L I S A L V A R I

è Societate JESU,
De institutione Grammatica
LIBER PRIMUS
P R Æ F A T I O.

Jure optimo labor hic, qualiscunquè est, frustra susceptus in tanta librorum multitudine videri posset: nisi singularis illa virtus, quæ res parvæ crescunt, sine qua maximæ dilabuntur, nos tueretur. Etenim cum Patribus nostris illud imprimis propositum sit, atquè ob oculos perpetuò versetur; ut, qui Societati JESU ejusdem DEI Optimi Maximi beneficio nomen dedimus, non solum in iis, quæ propria ipsius sunt instituti, verum etiam in rebus, quæ minimi videntur esse momenti, concordissimè vivamus; visum est ab aliquo nostrum Grammaticam artem scribendam esse, qua ubiquè terrarum, quo ad ejus fieri posset, nostri uterentur. Quod onus cum mihi esset impositum, id equidem non meis humeris, (scio enim, quam sim imbecillis,) sed sanctæ obedientiæ viribus fretus libenter sucepi. Nam ei, qui sponte sua sui juris esse desit, proprioquè judicio atquè voluntati propter DEUM nuntium remisit, non tam inscitiae nota, quam non obedientis animi crimen pertimescendum est. Suscepto itaque onere operam dedi; ne officio meo deessem: fontes



tes ipsos adii Varronis, Romanorum omnium eruditissimi, libros de Ethymologia, atque Analogia: Duodecim, Fabii Quintiliani de institutione Oratoria, qui mihi maximum adjumentum attulerunt: Auli Gellii Noctium Atticarum viginti: Probi, Diomedis, Phocæ, Donati, Prisciani Institutiones Grammaticas, ut potui, perlegi: quorum postremus ante mille annos Justiniani Principis ætate, Athenis floruit. Is præter cæteros, decem & octo libros scripsit, in quibus passim hominum doctissimorum testimoniis utitur, quorum hodie aut nulla, aut perexigua exstant vestigia. Est ille quidem sermone inornato, & incompto; sed multa ac varia eruditione. Labitur interdum ut homo, maxime ubi latina præcepta ut Græcus ad Græcorum normam exigit: sed gravissimorum Auctorum, quos tertio quoque verbo citat, præclarâ atque luculentâ doctrinâ ejus errata obteguntur penitus, & obscurantur: de rebus minimis tenuissimisque, hoc est, primis elementis, quâ fuit diligentia, testes locupletissimos M. Varronem, C. Cæsarem, Plinium, atque alios quàm plurimos producit. Nemo mihi quidem rem Grammaticam copiosius, nemo accuratius aut tractasse, aut plures veterum Grammaticorum commentarios videtur pervolutasse. Quod ad recentiores attinet, eos potissimum evolvimus, qui nobis usui essent futuri. Jactis ad hunc modum fundamentis, hæc utriusque Grammaticæ præcepta delegimus, quæ

Terren-

Terentii, Ciceronis, Cæsaris, Livii, Virgilii, Horatii, atque aliorum veterum testimoniis pro nostra tenui infirmaque parte confirmavimus. De his, si qui fortè in hunc librum incidissent, breviter putavimus admonendos, Reliquum est, (quoniam librorum infinitus est numerus, scribendorumque nullus est finis,) ut convenienter Divinis præceptis congruenterque vivamus; ita enim fiet, ut in libro vitæ conscripti, DEI Optimi, Maximi conspectu, cui hoc opusculum dedicamus, perpetuo fruamur.

LIBRI PRIMI PARS PRIOR.

PRO INFIMÆ CLASSIS GRAMMATICÆ
INFERIORE ORDINE.


De Nominum Declinatione.

ADMONITIO.

Veteres illi, ac nobiles Grammatici, vel Ciceronis florentissima ætate, Nominibus declinandis Pronomen, sive articulum, (nam utroque modo à Terentio, & Varrone dicitur,) Hic, Hæc, Hoc, casibus omnibus præponebant, quorum nominum tum genera, tum casus notabant: non quòd Græcorum more, Romani articulos in Oratione adhiberent, sed ut expeditiùs, rem Grammaticam tractarent: ne si virile, muliebre, ac neutrum genus nominandi, interrogandi, dandi, cæterosque casus sæpiùs inculca-

B

rent,



rent, legentibus tædium afferrent. Qua declinandi ratione, M. Varro Romanorum eruditissimus, frequentissime utitur in iis libris, quos de Analogia scriptos reliquit. In quorum tertio: Dicunt, (inquit,) non habere casus mox, & vix, Nequam habere; quod dicamus: Hic nequam, hujus nequam, huic nequam. Idem in eodem, ubi de naturali, & voluntaria declinatione ait: Naturalem dico, quum universi acceptum nomen ab eo, qui imponit, non requirimus, quemadmodum id velit declinari, sed ipsi declinamus: ut hujus Romæ, hæc Romam. In eodem: dicitur enim, Hic lepus, & hoc nemus; si ejusdem generis essent, utriquè præpone- retur idem, ac diceretur: aut hic lepus, & hic ne- mus; aut hoc lepus, & hoc nemus. Nigidius, quem M. Tullius propter excellentem & inge- nii, & eruditionis præstantiam coluit, ac plu- rimi fecit, in quarto & vigesimo Commentario- rum Grammaticorum apud Gellium *lib: 13. cap: 14.* Si hujus, inquit, amici, vel hujus ma- gni scribas: unum i facito extremum: sin verò hi amici, &c. casu multitudinis recto; tunc ante i scribendum e, atquè id ipsum facies in similibus. Eodem modo Fabius, Probus, & alii locuti sunt. Donatus non solùm articulos, sed ipsis arti- culis casuum appellationem præposuit sic: Nomi- nativo hic Magister, &c. Diomedes veterum ritu, articulis contentus fuit. Nos etsi sciamus, quòd satis esset, sola casuum vocabula ipsis casibus, arti- culos verò nominum solis rectis casibus præ-
pone-

ponere præsertim, quòd in oratione latina, (ad quam suo tempore ritè formandam his ex principiis instruuntur Tyrones,) articulorum ejusmodi non sit usus; quia tamen experti fumus, eosdem articulos Declinationum casibus additos, prodignoscendis facilius non solum casibus, verùm etiam generibus nominum, Tyronibus multùm prodesse: ad regulas autem, sive præcepta in sequentibus libris exponenda, intelligenda, atque in praxim deducenda, casuum vocabula omnino esse necessaria; ideo Donatum imitari maluimus, & quoad fieri potuit, non tantùm articulos casibus, verùm & ipsis articulis casuum vocabula præfiximus. Ad eundem finem certius obtinendum, visum est nobis, mobilia nomina cum fixis jungere, & Tyrones Grammaticæ in ipso primo ejus aditu Adjectivi, & Substantivi nominis consensum concordiamque degustare, ac rectæ constructionis partem, saltem aliquatenus experi: ita enim fiet, ut assiduâ exercitatione, tum expeditius, tum facilius & scribant, & loquantur. Quæ me causa movit, ut declinandi initium à muliebri vocabulo facerem, ut vel primo ipso die, quo Grammaticam attigissent, aliquem sui laboris fructum perciperent: nam adjectiva, si ejusdem sint formæ atque exitus, sine ullo labore cum Substantivis copulantur: ut: Ferula acerba: sin autem figura ab iisdem discrepent: non statim, sed paucis post diebûs declinanda sunt, ut. Ferula ninax, Musa dulcis.

B2

De

De Nominum Substantivorum declinatione.
CAPUT PRIMUM.

PRIMA NOMINUM DECLINATIO

Virga, Nomen declinationis primæ, generis feminini, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominativo hæc Virga, ta Rõzga.

Genitivo hujus Virgæ, tey Rõzgi.

Dativo huic Virgæ, tey Rõzgie.

Accusativo hanc Virgam, ta Rõzge.

Vocativo o Virga, o Rõzgo.

Ablativo ab hac Virga, od tey Rõzgi/ ta Rõzga.
Numero Plurali.

Nominativo hæc Virgæ, te Rõzgi.

Genitivo harum Virgarum, tych Rõzg.

Dativo his Virgis, tym Rõzgom.

Accusativo has Virgas, te Rõzgi.

Vocativo o Virgæ, o Rõzgi.

Ablativo ab his Virgis, od Rõzg/ Rõzgami.

Sic: Hæc Terra sæcunda, Ziemia Rõdzayna.

Hæc ferula, seu virga acerba, Rõzga przykta.

Hæc Musa dulcis, Spiewanie słodkie/ Rymy.

Hæc ferula minax, Rõzga grozna.

Paucis pōst diebūs.

Hic Nauta vigilans, ten zeglarz/ abo flis czuyny.

Hic Poeta optimus, Rymotworca osobliwy.

SCHOLION.

Asvescant pueri in ipso primo aditu vestibuloque Grammaticæ, Adj-ctiva nomina cum substantivis copulare. Adjectiva ne multa, aut ne inepta, temerè congesta, sint delecta, à bonis auctori-

Floribus petita, ad summum duo: ut *Puer Verecundus & Ingeniosus.*

SECUNDA DECLINATIO.

Dominus, Nomen declinationis secundæ, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominativo hic Dominus, ten Pan.

Genitivo hujus Domini, tego Pana.

Dativo huic Domino, temu Panu.

Accusativo hunc Dominum, tego Pana.

Vocativo ô Domine, o Panie.

Ablativo ab hoc Domino, od tego Pana/ Panem.

Numero Purali.

Nominativo hi Domini, ci Panowie.

Genitivo horum Dominorum, tych Panow.

Dativo his Dominis, tym Panom.

Accusativo hos Dominos, tych Panow.

Vocativo ô Domini, o Panowie.

Ablativo ab his Dominis, od tych Panow/ Panami.

Aliquot post dies.

Hic Dominus prudens, Pan mądry.

Hic animus generosior, umysł szlachetniejszy.

Hac populus procerissima, Topola Wawrzyńska.

Templum, Nomen declinationis secundæ, generis neutrius, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominativo hoc Templum, ten Bościot.

Genitivo hujus Templi, tego Bościota.

Dativo huic Templo, temu Bościotowi.

Accusativo hoc Templum, ten Bościot.

Vocativo o Templum o Bościele, (ściotem,

Ablativo ab hoc Templo, od tego Bościota/ Bo-

Bz

Nu-

Nominativo hæc Temp̄la, te Kościóły.
 Genitivo horum Templorum, tych Kościołow,
 Dativo his Templis, tym Kościołom,
 Accusativo hæc Temp̄la, te Kościóły.
 Vocativo o Temp̄la, o Kościóły. (Kościółami.
 Ablativo ab his Templis, od tych Kościołow/temi
 Hoc Templum sanctissimum, Kościół nayswięt̄szy
 Hoc ingenium eximium, dowcip wyborny.
 Suo tempore.

Hoc Templum ingens, Kościół bardzo wielki.
 Hoc ingenium illustre, dowcip przezacny/świetny.

TERTIA DECLINATIO.

Sermo, *Nomen declinationis tertie, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hic Sermo, ta Mowa.
 Genitivo hujus Sermonis, tej Mowy.
 Dativo huic Sermoni, tej Mowie.
 Accusativo hunc Sermonem, te Mowę.
 Vocativo o Sermo, o Mowa.
 Ablativo ab hoc Sermonem, od tej mowy/ta mowa.
 Numero Plurali.

Nominativo hi Sermones, te Mowy.
 Genitivo horum Sermonum, tych Mow.
 Dativo his Sermonibus, tym Mowom.
 Accusativo hos Sermones, te Mowy.
 Vocativo o Sermones, o Mowy.
 Ablativo ab his Sermonibus, od Mow/Mowami.
 Hic Sermo elegans, Mowa ozdobna,
 Hic Sermo quotidianus, Mowa powszednia.
 Hæc virtus admiranda, Cnota dziwna. Hæc

Hæc Oratio elegantior, *Mowa ozdobnieysza.*

Tempus, Nomen declinationis tertiæ, generis neutrius, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominativo hoc Tempus, ten Czas.

Genitivo hujus Temporis, tego Czasu.

Dativo huic Tempori, temu Czasowi.

Accusativo hoc Tempus, ten Czas.

Vocativo ô Tempus, o Czasie.

Ablativo ab hoc Tempore, od Czasu/ Czasem.

Numero Plurali.

Nominativo hæc Tempora, te Czasy.

Genitivo horum Temporum, tych Czasow.

Dativo his Temporibus, tym Czasom.

Accusativo hæc Tempora, te Czasy.

Vocativo ô Tempora, ô Czasy. (Czasami.)

Ablativo ab his Temporibus, od tych Czasow/

Hoc Tempus brevius, Czas krótszy.

Hoc Tempus pretiosum, Czas drogi.

Hoc Tempus velox, Czas pędzi.

Hoc Nomen celebre. Imię sławne.

Hoc Flumen rapidum, Rzeka bystra.

Parens, Nomen declinationis tertiæ, generis communis, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominat: hic & hæc Parens, Ociec/abo Matka.

Genitivo hujus Parentis, tego Rodzica.

Dativo huic Parenti, temu Rodzicowi.

Accusativo hunc & hanc Parentem, tego Rodzica.

Vocativo ô Parens, o Rodzicu. (Rodzicem.)

Ablativo ab hoc & hac Parente, od tego Rodzica/

Numero Plurali.

Nominativo hi & hæ Parentes, ci Rodzice.

Genitivo horum & harum Parentium, tych Rodzic.

Dativo his Parentibus, tym Rodzicom. (cow.

Accusativo hos & has Parentes, ,tych Rodzicom.

Vocativo ô Parentes, o Rodzice. (Rodzicami.

Ablativo ab his Parentibus, od tych Rodzicom/

In lingua Polonica non sunt hæc communia;
sed potius alia, vg. Stuga. (je Szlachcic.

Hic & hæc Civis, Mieszczanin y Mieszczka tak.

Hic & hæc Hostis, nieprzyjaciel y nieprzyjaciółka

His nominibus adduntur Adj. Etiva non con-
junctim, sed separatum: ut: hic Civis Romanus,
hæc Civis Romana.

QUARTA DECLINATIO.

Sensus, *Nomen declinationis quartæ, generis ma-
sculini, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hic Sensus, ten Zmysł.

Genitivo hujus Sensûs, tego Zmysłu.

Dativo huic Sensui, temu Zmysłowi.

Accusativo hunc Sensum, ten Zmysł.

Vocativo ô Sensus, o Zmysle.

Ablativo ab hoc Sensu, od tego Zmysłu/ Zmysłem.

Numero Plurali.

Nominativo hi Sensus, te Zmysły.

Genitivo horum Sensuum, tych Zmysłów.

Dativo his Sensibus, tym Zmysłom.

Accusativo hos Sensus, te Zmysły.

Vocativo ô Sensus, o Zmysły. (stami.

Ablativo ab his Sensibus, od tych Zmysłów/ Zmys-
-

Hic sensus hebes Zmysł tępny.

Hic sensus tardus, Zmysł leniwy.

Hic

Hic Sensus tenuis, Zmysł blaży.

Hæc Anus delira, Baba głupia, bałamutna.

Genu, Nomen declinationis quartæ, generis neutrius, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominativo hoc Genu, to Bolano.

Genitivo hujus Genu, tego Bolana,

Dativo huic Genu, temu Bolanu,

Accusativo hoc Genu, to Bolano.

Vocativo ô Genu, o Bolano.

Ablativo ab hoc Genu, od tego Bolana, Bolanem.

Numero Plurali.

Nominativo hæc Genus, te Bolana.

Genitivo horum Genuum, tych Bolan.

Dativo his Genibus, tym Bolanom.

Accusativo hæc Genua, te Bolana.

Vocativo ô Genua, o Bolana.

(lanami.

Ablativo ab his Genibus, od tych Bolan, Bos

Hoc Genu flexum, Bolano nagiste.

Hoc Genu tumens, Bolano napuchte.

Hoc tonitru horrendum, Grom srogis, straśliwy.

QUINTA DECLINATIO.

Dies, Nomen declinationis quintæ, generis tum masculini, tum feminini, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominativo hic vel hæc Dies, ten Dzien.

Genitivo hujus Diei, tego Dnia,

Dativo huic Diei, temu Dniowi.

Accusativo hunc vel hanc Diem, ten Dzien.

Vocativo ô Dies, o Dniu.

(Dniem.

Ablativo ab hoc vel ab hac Die, od tego dnia tym

Numero Plurali.

No-

Nominativo hi vel hæ Dies, te Dni.

Genitivo horum vel harum Dierum, tych Dni.

Dativo his Diebus, tym Dniom.

Accusativo hos vel has dies, te Dni.

Vocativo o Dies, o Dni.

Ablativo ab his Diebus, od tych dni/ temi Dniami.

Hic Dies lætissimus, Dzien barzo wesoty.

Hic Dies illustris, Dzien jasny.

Hæc Res domestica, Rzecz domowa.

Hæc Res familiaris, Rzecz gospodarska.

Hæc Facies honesta & liberalis, Twarz uczciwa i wspaniała.

C A P U T II.

DE NOMINUM ADJECTIVORUM DECLINATIONIBUS.

Adjectiva Nomina eodem modo, quò Substantiva supra posita, declinantur. Porro unum Adjectivum aliquando ratione diversarum terminationum, quas habet, ad diversas Substantivorum declinationes pertinet: tantum autem in tribus primis Declinationibus Adjectiva reperiuntur.

P. I. O. I. C.

Bonus, Bona, Bonum, Nomen mobile, declinationis primæ & secundæ, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominativo hic bonus, hæc bona, hoc bonum,
Ten dobry/ ta dobra/ to dobre.

Genitivo hujus boni, hujus bonæ, hujus boni.

Dativo huic bono, huic bonæ, huic bono.

Accus

Accusativo hunc bonum, hanc bonam, hoc bonum.

Vocativo o bone, o bona, o bonum.

Ablativo ab hoc bono, ab hac bona, ab hoc bono.

Numero Plurali.

Nominativo hi boni, hæ bonæ, hæc bona.

Genitivo horum bonorum, harum bonarum, horum

Dativo his bonis. (bonorum.

Accusativo hos bonos, has bonas, hæc bona.

Vocativo o boni, o bonæ, o bona.

Ablativo ab his bonis.

Subjecta Nomina eodem modo declinantur, nisi, quod casus interrogandi syllaba FUS, dandi verò I littera terminentur.

Alter, Drugi/ altera, alterum, alterius, alteri.

Alius, Inſy/ alia, aliud, alius, alii.

Solus, Sam/ sola, solum, solius, soli.

Totus, Caſy/ tota, totum, totius, toti.

Unus, Jeden/ una, unum, unius, uni.

Ullus, Brokolwieſ/ ulla, ullum, ullius, ulli.

Nullus, Zaden/ nulla, nullum, nullius, nulli.

Uter, Bro ze dwu/ utra, utrum, utrius, utri. (neutri.

Neuter, Zaden ze dwu/ neutra, neutrum, neutrius,

Alteruter. Jeden ze dwu: alterutra, alterutrum, alterutrius, vel alterius utrius, alterutri.

Acer, acris, acre, *Nomen Adjectivum, declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hic Acer, Oſty/ hæc acris, hoc acre.

Genitivo hujus acris.

Dativo huic acri.

Accusativo hunc & hanc acrem, & hoc acre.

Voca-



Vocativo o acer, acris, & acre.

Ablativo ab hoc, ab hac, & ab hoc acri.

Numero plurali.

Nominativo hi & hæ acres, & hæc acria.

Genitivo horum, harum, horum acrium,

Dativo his acribus.

Accusativo hos & has acres, & hæc acria.

Vocativo o acres, & acria.

Ablativo ab his acribus.

(czestwoy.

Hic alacer, hæc alacris, hoc alacre, Ochornyj

Hic volucer, hæc volucris, hoc volucre, Pres

rski/ lotny.

Brevis, & Breve, *Nomen Adjectivum, declinationis
tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hic & hæc Brevis, Broski/ & hoc

Genitivo hujus Brevis.

(breve.

Dativo huic Brevi.

Accusativo hunc & hanc Brevem, & hoc Breve.

Vocativo o Brevis & Breve.

Ablativo ab hoc, ab hac, & ab hoc Brevi.

Numero Plurali.

Nominativo hi & hæ Breves, & hæc Brevia.

Genitivo horum, harum, horum Brevium.

Dativo his Brevibus.

Accusativo hos & has Breves, & hæc Brevia.

Vocativo o Breves & Brevia.

Ablativo ab his Brevibus.

Brevior, & Brevius, *Nomen Comparativum,
declinationis tertie, numeri singularis,
sic declinabitur.*

Nomi-

Nominativo hic & hæc Brevior, *Брѣтѣй*, & hoc
Genitivo hujus Brevioris. (Brevius.

Dativo huic Breviori. (vius.

Accusativo hunc & hæc Breviorem, & hoc Bre-
Vocativo o Brevior & Brevius. (Breviori.

Ablativo ab hoc, ab hac, ab hoc Breviore, vel
Numero Plurali.

Nominativo hi & hæc Breviore, & hæc Breviore.

Genitivo horum, harum, horum Breviorum.

Dativo his Brevioribus.

Accusativo hos & has Breviore, & hæc Breviore.

Vocativo o Breviore, & Breviore.

Ablativo ab his Brevioribus.

*Felix, Nomen Adjectivum, Declinat: tertiæ, gene-
ris omnis, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hic, hæc, hoc Felix, *Щестьливый*
Genitivo hujus Felicis. (abo *щестливъ*.

Dativo huic Felici.

Accusativo hunc, hæc Felicem, & hoc Felix.

Vocativo o Felix.

Ablativo ab hoc, ab hac, ab hoc Felice, vel Felici.

Numero Plurali.

Nominativo hi & hæc Felices, & hæc Felicia.

Genitivo horum, harum, horum Felicium.

Dativo his Felicibus.

Accusativo hos, has Felices, & hæc Felicia.

Vocativo o Felices, & Felicia.

Ablativo ab his Felicibus.

ADMONITIO.

Cum sextus Casus Nominum, quæ literis ns
termi-

terminantur, in e, ut Aëtius Flaccus Auctor gravissimus docet, ferè exeat: & Genitivus multitudinis eorundem nominum rarò ab Oratoribus imminuatur, siquidem diligentium, elegantium, ingentium & alios id genus casus plenos, non imminutos, diligentium, elegantium &c. fermè usurpant; in locum nominis *Prudens*, substitui-mus *Felix*, ne imperitis errandi causam daremus. Non negamus esse quædam, quorum ablativus etiam I litera finiatur, ejusmodi sunt: ingens, recens, vehemens, de quibus suo locò dicemus. Hic enim tantùm nobis admonendus fuit Lector. De hac exemplorum permutatione.

Felix inprimis placuit, quòd eò Diomedes & Donatus usi fuerint.

NOMINA ANOMALA.

Nominativo hæc Domus, ten Dom.

Genitivo hujus Domi vel Domûs.

Dativo huic Domui.

Accusativo hanc Domum.

Vocativo ô Domus.

Ablativo ab hac Domo.

Numero Plurali.

Nominativo hæc Domus, te Domy.

Genitivo harum Domorum, vel Domuum.

Dativo his Domibus.

Accusativo has Domos, vel Domus.

Vocativo ô Domus.

Ablativo ab his Domibus.

Duo, & Ambo, numeri pluralis tantum.

Nu-

Numero Plurali.

Nominativo Duo, Duæ, Duo, *Dwa*.
 Genitivo Duorum, Duarum, Duorum.
 Dativo Duobus, Duabus, Duobus.
 Accusativo Duos, vel Duo, Duas, Duo.
 Vocativo ô Duo, Duæ, Duo.
 Ablativo à Duobus, Duabus, Duobus.

Ambo eodem modo declinabitur.

Numero Plurali.

Nominativo Ambo, Ambæ, Ambo, *Obadwa*.
 Genitivo Amborum, Ambarum, Amborum.
 Dativo Ambobus, Ambabus, Ambobus.
 Accusativo Ambos vel Ambo, Ambas Ambo.
 Vocativo ô Ambo, Ambæ, Ambo.
 Ablativo ab Ambobus, Ambabus, Ambobus.

*Poloni habent numerum dualem in nomine,
 quemadmodum Græci, cui Duo &*

Ambo junguntur; vg:

Duo pedes, *Dwie nodze non nogi*. Ambabus ma-
 nibus, *Obiema rękoma, non rękami*; Item in verbo,
 ut: eamus nos duo, *Podźma, eatis vos duo, Podźta.*

DE PRONOMINUM PRIMITIVORUM
DECLINATIONE.

CAPUT III.

Ego, *Pronomen numeri singularis, personæ
 primæ, sic declinabitur.*

Nominativo Ego, *Ja*.
 Genitivo Mei, *Mnie*.
 Dativo mihi vel mi, *Mnie abo mi*.
 Accusativo Me, *Mnie abo mi*.

Abla-

Ablativo à Me, Ode mnie/ mną.

Dualiter, nos duo, ambo, my dway etc.

Numero Plurali.

Nominativo Nos, My.

Genitivo Nostrum, vel Nostri, Nas.

Dativo Nobis, Nam.

Accusativo Nos, Nas.

Ablativo à Nobis, od Nas/ Nami.

Tu, Pronomen Personæ secundæ, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominativo Tu, Ty.

Genitivo Tui, Ciebie.

Dativo Tibi, Tobie.

Accusativo Te, Cie abo Ciebie.

Vocativo ô Tu, o Ty.

Ablativo à Te, od Ciebie/ toba.

Numero Plurali.

Nominativo Vos, Wy.

Genitivo Vestrum, vel Vestri, Was.

Dativo Vobis, Wam.

Accusativo Vos, Was.

Vocativo ô Vos, o Wy.

Ablativo à Vobis, od Was/ wami.

Sui, Pronomen personæ tertie, numeri utriusq., sic declinabitur.

Genitivo Sui, Siebie.

Dativo Sibi, Sobie.

Accusativo Se, Siebie abo sie.

Ablativo à Se, od Siebie/ soba.

Numero Plurali.

Genitivo Sui.

Dativo

Dativo Sibi.

Accusativo Se.

Ablativo à Se.

Pronomina, Hic, iste, ille, ipse, is, Idem, quæ aliqua ex parte primam, & secundam Nominum adjectivorum declinationem imitantur, sic declinantur.

Nominativo hic, ten/ hæc, ta/ hoc, to.

Genitivo hujus, tego/ tey/

Dativo huic, temu/ tey.

Accusativo hunc, tego/ hanc, te/ hoc, to.

Ablat: ab hoc, od tego/ ab hac, od tey/ ab hoc, od

Numero Plurali. (tego/ tym.

Nominativo hi, ci/ hæc, te/ hæc, re.

Genitivo horum, harum, horum, tych.

Dativo his, tym.

Accusativo hos, tych/ has, te/ hæc, se.

Ablativo ab his, od tych/ temi.

Numero Singulari.

Iste, tento/ ista, tato/ istud, toto.

Genitivo istius, tegoto/ teyro/ tegoto.

Dativo isti, temuto/ teyro/ temuto.

Accusativo istum, tegoto istam, teto/ istud, toto.

Ablativo ab isto, ista, isto, od tegoto/teyro/tegoto.

Numero Plurali.

Nominativo isti, istæ, ista, cito/ teto/ teto.

Genitivo istorum, istarum, istorum, tycho.

Dativo istis, tymto.

Accusativo istos, istas, ista, tycho/ teto/ teto.

Ablativo ab istis, od tycho/ temito.

C

Nu

Numero Singulari:

Nominativo Ille, illa, illud, On/ ona/ ono.

Genitivo Illius, onego/ oney.

Dativo illi, onemu/ oney.

Accusativo illum, illam, illud, onego/ one/ ono.

Ablativo ab illo, illa, illo, od onego/ od oney/ od

Numero Plurali.

(onego-

Nominativo illi, illæ, illa, Oni/ one/ one.

Genitivo Illorum, illarum, illorum onych.

Dativo illis, onym.

Accusativo Illos, illas, illa, onych/ one.

Ablativo ab illis, od onych/ onemi.

Numero Singulari.

(ōno samo.

Nominativo ipse, ipsa, ipsum, on sam/ ona samat

Genitivo ipsius, onego samego/ oney samey/

Dativo ipsi, onemu samemu/ oney samey.

Accusativo ipsum, ipsam, ipsum, onego samego/

one same/ ono samo.

Ablativo ab ipso, ipsa, ipso, od onego samego/ od

oney samey/ onym samym/ ona sama.

Numero Plurali.

Nominativo Ipsi, ipsæ, ipsa, Oni sami/ one same.

Genitivo Ipsorum, ipsarum, ipsorum. Onych samych.

Dativo Iphis, onym samym.

Accusat: ipsos, ipsas, ipsa. Onych samych/ one same.

Ablativo ab ipsis, Od onych samych/ onemi samemi.

Numero Singulari.

Nominativo Is, ea, id, Ten tam/ tá tam/ to tam.

Genitivo Ejus, tego tam/ tey tam.

Dativo Ei, temu tam/ tey tam.

Accu-

Accusativo Eum, eam, id, Tego tam/te tam/to tam.

Ablativo ab Eo, ea, eo, od tego tam/tey tam/tego
Numero Plurali. (tam/te tam.

Nominativo Ii, eæ, ea, Ci tam/te tam.

Genitivo Eorum, earum, eorum, Tych tam.

Dativo Eis, vel iis, Tym tam.

Accusativo Eos, eas, ea, Tych tam.

Ablativo ab eis vel iis, od tych tam/temi tam.

Numero Singulari.

Nominativo Idem, eadem, idem, Tenze/sazj/rozj.

Genitivo Ejusdem, Tegozi/teyze.

Dativo Eidem, Temuzi/teyze.

Accusativo Eundem, eandem, idem, Tegozi/tezi/tozi.

Ablativo ab Eodem, eadem, eodem, Od tego/teyze/
Numero Plurali: (tymze.

Nominativo Iidem, eadem, eadem, Cizj/tezi.

Genitivo Eorundem, earundem, eorundem, Tychze.

Dativo Eisdem, vel iisdem, Tymze.

Accusativo Eisdem, eisdem, eadem, Tychze/tezi.

Ablativo ab Eisdem, vel iisdem, Od tychze/temiz.

DE PRONOMINUM DERIVATIVORUM
DECLINATIONE.

CAPUT. IV.

Meus, mea, meum, Tuus, tua, tuum, Suus, sua,
suum, Noster, nostra, nostrum, Vester, vestra,
vestrum, declinantur ut Nomina Adjectiva
primæ & secundæ declinationis.

Numero Singulari:

Nominativo Meus, mea, meum, Moya/moja/moje.

Genitivo Mei, meæ, mei, Mojego/mojey/mego.

C2

Dati-

Dativo meo, *Mojemu/ meæ, mojej/ meo, memu.*

Accus: meum, *Mojego/ meam, moje/ meum, moje.*

Vocativo o Mi, *Moy/ mea, moja/ meum, moje.*

Abl: a Meo, *Od mojego/ mea, mojej/ meo, mego.*

Numero Plurali.

Nominativo Mei, *Moi/ meæ, moje/ mea, moje.*

Genitivo Meorum, *mearum, meorum, Moich.*

Dativo meis, *Moim.*

Accusativo Meos, *meas, mea, Moich/ moje.*

Vocativo o mei, *meæ, mea, o moi/ moje.*

Ablativo a meis, *od moich/ mojemi.*

Hæc tria vocativo carent.

Tuus, *Twoy/ tua, twoja/ tuum, twoje.*

Suus, *Swoy/ sua, swoja/ suum, swoje.*

Vester, *Was/ vestra, wasa/ vestrum, wasze.*

At Noster, *Nasz/ nostra, nostrum, in Vocativo habet: o Noster, nostra, nostrum, o Nasz/ nasza/ nasze.*

Nostros, & Vestras, Pronomina derivativa, omnis generis, declinantur ut nomina Adjektivæ tertiæ declinationis.

Nominativo hic, & hæc & hoc *Nostros Nasznic.*

Genitivo *Nostratis, Nasznic.*

Dativo *Nostrati, Nasznicowi.*

Accusativo *Nostratem, Nostros Nasznic.*

Vocativo o *Nostros, o Nasznicze/ (sznicem.*

Ablativo a *Nostrate vel nostrati, Od nasznic/ naz-*

Numero Plurali.

Nominativo *Nostrates & Nostratia, Nasznicy.*

Genitivo *Nostratium, Nasznicow.*

Dativo *Nostratibus, Nasznicom.*

Accu-

Accusativo Nostrates, nostratia, *Wasyńce*.

Vocativo o nostrates & nostratia, o *Wasyńcy*.

Ablativo à Nostratibus, od *Wasyńcow/Wasyńcami*.

Hic, & hæc, & hoc Vestras, *Wasyńiec*/ Vocativo caret. SCHOLION.

Prisci, hic & hæc nostratis, vestratis, Arpinatis,

Privernatis, & similia dicebant: *Cato: in 1. Orig:*

apud Prisc: l. 7. Si quis mortuus est Arpinatis.

Neutrum, (ut placet Grammaticis,) desinebat in E,

Privernate, &c. Verum eruditius sæculum maluit

imminutis uti, & unã figurã omnia complecti ge-

nera, hic, hæc, hoc, Arpinas, etiam in neutro ge-

nera: *Cic: Att: l. 16. Ep: 8.* Flexus est ad iter

Arpinas. Sextus tamen horum casus, sæpius in

E desinit, Arpinate, Privernate, &c.

Provocabulum sive Pronomen Relativum, Qui,

Quæ, Quod, sic declinabitur.

Numero Singulari.

Nominativo Qui, quæ, quod, *Wtorey/ Wtora/ Wtore.*

Genitivo Cujus, *Wtorego/ Wtorey.*

Dativo Cui, *Wtoremu/ Wtorey.*

Accusat: Quem, quam, quod, *Wtorego/ Wtora/ Wtore.*

Ablativo à quo, vel qui, qua, vel qui, quo, vel

qui: od *Wtorego/ Wtorey/ Wtorem/ Wtore.*

Numero Plurali.

Nominativo qui, quæ, quæ, *Wtorzy/ Wtore.*

Genitivo quorum, quarum, quorum, *Wtorzyh/*

Dativo queis, vel quibus, *Wtorym.*

Accusativo Quos, quas, quæ, *Wtorzyh.*

Ablativo à queis vel quibus, od *Wtorzyh/ Wtoremi.*

Quis Provocabulum sive Pronomen interrogativum sive infinitum, sic declinabitur,

Numero Singulari.

Nominativo Quis, vel qui, quæ, quod, vel quid,

Who/ Whoa/ co.

Genitivo Cujus, Whogo/ Whoey/ co.

Dativo Cui, Whomu/ Whoey/ czemu. (co.

Accus: Quem, quam, quod, vel quid, Whogo/ Whoa/

Ablativo à quo, vel qui, qua, vel qui, quo, vel qui, od Whogo/ Whoey/ Whoa/ od czego/ czym.

Numero Plurali.

Nominativo Qui, quæ, quæ, Whozzy/ Whoey/ co 3acz.

Genitivo Quorum, quarum, quorum.

Dativo Quibus vel quibus

Accusativo Quos, quas, quæ.

Ablativo à Quibus vel quibus.

SCHOLION.

1. Quis modo interrogativum est. *Ter: Andr:*

Quis hic loquitur? Modo infinitum *Virg: Eccl: 3.*

Nescio, quis teneros oculus mihi fascinat agnos,

2. Qui Nominativus, interdum pro Quis interrogativo ponitur. *Cic: pro Domo sua.* Qui

tantus fuit labor? quæ similtas? Interdum pro

Quis infinito. *Ter: Andr: Act: 5.* Nescio qui

senex modo venit. *Sic citat: Nonius.* sic habent

antiquissimi manuscripti.

3. Ablativus Qui, est omnis generis, quo utimur postposita præpositione cum. *Ter: Heaut Act:*

5. *Scen: 2.* Quicum loquitur filius? *Cic: Sulp:*

lib: 4. Epist: 1. Nemo est omnium, quicum

potius

potiùs mihi, quàm tecum communicandum putem.

Virg: Æne: 11.

Tum sic expirans, Accam ex æqualibus unam,
Alloquitur: Fida ante alias, quæ sola Camillæ,
Quicum partiri curas: *Id est:* cum qua &c.

Composita ex provocabulo Quis, cum precedit:

Quisnam? à *trozi, troli,* quænam, quodnam, vel
quidnam, cujusnam cuinam.

Quispiam, *trozi,* quæpiam, quodpiam, vel quid-
piam, cujuspiam, cuipiam.

Quisquam, *trozi,* quæquam, quodquam, vel
quidquam, cujusquam, cuiquam.

Quisque, *trozi,* quæque, quodque, vel quidque,
cujusque, cuique.

Quisquis, *trozi,* quæquæ, quodquod, vel
quidquid, cujuscujus, cuicui, quemquem, quid-
quid, à quoquo, à quaqua,

Plurali.

Quiqui, quorumquorum, quibusquibus, quosquos,
à quibusquibus.

SCHOLION.

Quisquis, Genitivo cujuscujus. *Lucr: l. 2.* Nam-
que in eadem una cujuscujus brevitate. Interdum
apud *Cicer:* habet cuicui, *ad Attic: l. 3.* Omnia
ad me diligentissime, cuicui modi sint, scribas:
Tusc: l. 5. extremo. Ubinam melius uti possu-
mus hoc, cuicui modi est otio? Olim enim quis,
genitivum habuit cui. Accusat: quemquem, *Ter:*
Hecyr: Act: 1. Quin spoliæ, mutilæ, laceræ, quem-
quem nacta sis. Casus reliqui satis sunt in usu.

Composita ex Quis, cum sequitur.

Aliquis, *Niektozy*, aliqua, aliquod, vel aliquid, alicujus, alicui.

Ecquis, *ę ktozy*, ecqua, & ecqua, ecquod, vel ecquid, ecujus, ecui.

Nequis, *By nie*, aby *ęto nie*, nequa, nequod, vel nequid, necujus, necui.

Siquis, *Teżeli ęto*, siqua, siquod, vel siquid, siujus,

Composita ex provocabulo Qui. (sicui.

Quicumque, *ęto ękolwie*, quæcunque, quodcunque, vel quidcunque, cujuscunque, cuicunque.

Quidam, *ętos*, *ętozy*, quædam, quoddam, vel quiddam, cujusdam, cuidam.

Quilibet, *ęzdy*, quælibet, quodlibet, vel quidlibet, cujuslibet, cuilibet.

Quivis, *ęto ękolwie*, quævis, quodvis, vel quidvis, cujusvis, cuivis.

Quædam ex supradictis rursus componuntur:

Unusquisque, *ęzdy*, *w ęel*, unaquæque, unumquodque, vel unūquidq̄, uniuscujusque, unicuiq̄.

Ecquisnam, *ę ktozy*, *ętozy*, ecquænam, ecquodnam, vel ecquidnam.

SCHOLION.

Cum Quis sequitur, feminina singularis & neutra pluralis numeri; pro Æ ferè A admittunt, ut: siqui, siqua, plur: siqui, siquæ, siqua, Cic: tamen frequenter Ecquæ femininum, pro ecqui usurpat, ut ad Attic: 7. &c.

DE VERBORUM CONJUGATIONE.

CAPUT V.

Verbi Sum Conjugatio.

Sum

Sum, Verbum substantivum, modi Indicativi,
temporis presentis, numeri singularis, personæ
primæ sic Conjugabitur.

Modi Indicativi tempus Præsens.

SUm, Jestem/
Es, Jestes/
Est, Jest/

Pluraliter. Sumus, Jesteśmy/
Estis, Jesteście/
Sunt, Są.

Præteritum Imperfectum.

Eram, Bytem dopiero/
Eras, Byles dopiero/
Erat, Był dopiero/

Pluraliter. Eramus, Byliśmy/
Eratis, Byliście/
Erant, Byli.

Poloni utuntur in verbis generibus nominum: ma-
sculo, feminino, & neutro: Bytem/ bytam/ byto,
quia fortassis ex participiis, & pronomibus pri-
mitivis componuntur; idem faciunt Hebræi.

Præteritum perfectum.

Fui, Bytem/
Fuiſti, Bytes/
Fuit, Był/

Pluraliter. Fuimus, Byliśmy/
Fuiſtis, Byliście/
Fuerunt, vel fuere, Byli.

Præteritum plusquàm perfectum.

Fueram, Bytem kiedyś dawno/
Fuaras,

Fueras, Byłeś!

Fuerat, Był.

Pluraliter. Fueramus, Byliśmy!

Fueratis, Byliście!

Fuerant, Byli.

Futurum.

Ero, Będę!

Eris, Będziesz!

Erit, Będzie.

Pluraliter. Erimus, Będziemy!

Eritis, Będziecie!

Erunt, Będą.

Si quis de Varronis sententia volet futurum perfectum, sive exactum adungere, sic convertat, licebit Fuero. &c.

Imperativi modi tempus Præsens.

Es, vel esto, Bądź!

Sit, Niech będzie.

Pluraliter. Simus, Bądźmy!

Estc, vel estote, Bądźcie!

Sint, Niech będą.

Futurum sive modus mandativus.

Esto tu, vel eris, Będziesz! bądź więc!

Esto ille, vel erit, Będzie on! niech więc będzie.

Pluraliter.

Estote, vel eritis, Będziecie wy! bądźcie napotym.

Sunto vel erunt, Będą oni! niech więc będą.

Optativi modi tempus præsens, & imperfectum.

Utinam essem, O bym był!

esscs, O byś był!

esset.

esset. — ② by był.

Pluraliter. Utinam essemus, ① byśmy byli/
essetis, ① byście byli/
essent, ① by byli.

Præteritum Perfectum.

Utinam Fuerim, ① bym był/

Fueris, ① byś był/

Fuerit. ① by był.

Pluraliter. Utinam Fuerimus, ① byśmy byli/
Fueritis, ① byście byli/
Fuerint. ① by byli.

Præteritum plusquam perfectum.

Utinam Fuissem, ① bym był przed tym zdarzeniem/

Fuisses, ① byś był/

Fuisset. ① by był.

Plurali: Utinam Fuissemus, ① byśmy byli/

Fuissetis ① byście byli/

Fuissent. ① by byli.

Futurum.

Utinam Sim, ① bym był napotym/

Sis, ① byś był/

Sit. ① by był.

Plurali: Utinam Simus, ① byśmy byli/

Sitis, ① byście byli/

Sint. ① by byli.

Coniunctivi modi tempus præsen:

Cum Sim, ② by jestem/

Sis, ② by jesteś/

Sit, ② by jest.

Pluraliter. Cum Simus, ② by jesteśmy/

Sitis,

Sitis, *Edy jesteście!*Sint, *Edy są.*

Præteritum imperfectum.

Cum Essem, *Edym był teraz!*Esset, *Edyś był!*Esset. *Edy był.***Pluraliter.** **Cum** Essemus, *Edyśmy byli!*Essetis, *Edyście byli.*Essent. *Edy byli.*

Præteritum perfectum.

Cum Fuerim, *Edyżem już był!*Fueris, *Edyżes był!*Fuerit. *Edy był.***Pluraliter.** **Cum** Fuerimus, *Edyżemy byli!*Fueritis, *Edyżecie byli!*Fuerint. *Edyż byli.*

Præteritum plusquam perfectum.

4. Impersonale est, quod primam & secundam personam utriusque numeri, & serè tertiam multitudinis caret; unde & nomen traxit. Id duplex est, alterum activæ Conjugationis: *Pudet, pœnitet.* alterum Passivæ: ut *Pugnatur, curritur.*

Personæ

Personale genus, species tibi quinque ministrat.

5. Verbum personale dividitur in quinque genera: Activum, Passivum, Neutrum, Commune, Deponens.

6. Activum est, quod literâ O finitum, Passivum fit additâ literâ R, ut *Laudo, laudor.*

7. Passivum est, quod syllabâ Or finitum. Activum R literâ abjectâ, ut *Laudor, laudo.*

8. Neutrum est, quod M, vel O, literis finitum, ex se Passivum personale non gignit, ut *Sum, sto, Servio*; neque enim dicitur: *Stor, aut servior.*

9. Commune est, quod Or syllabâ tantum finitum, activi simul, & Passivi significationem habet, præsertim in Participiis præteriti temporis, & aliis, quæ participii adminiculo supplentur: ut *Experior, complector, expertus sum, vel fui*; nam præsens & imperfectum, & quæ inde sunt, fere actionem significant.

10. Deponens est, quod Or syllabâ tantum finitum, activi vel neutrius significationem habet: ut *Sequor, utor, morior.*

De variis Verborum Formis.

Verba, quibus quondam peperit verborum Inchoo nomen.

Incrementa notant fieri: ut Frigesco, Caleasco.

1. Inchoativum verbum est, quod rem quidem inchoatam, sed ad finem perfectionemque tendentem significat: ut *Caleasco*, id est: *calidus fio*; *Frigesco*, *frigidus fio.*

Rem jam perfectam, perfectum ostendere verbū

Dicito; sit caleo, rubeo sit frigeo testis.

2. Perfectum est; quod rem perfectam absolutamque significat: ut *Caleo, frigeo.*

At Meditativum sit, quod meditatio rerum, Cum desiderio vehemens conjuncta notatur:

Esurit, & verbum Cœnaturit, accipe testes.

3. Meditativum verbum est, quod assiduam alicujus rei meditationem significat: ut *Esurio, cœnaturio*; qui enim esurit, ac cœnaturit, nihil aliud, nisi cibum cœnamque, meditat. *ur.*

Verba frequentandi, ceu leſtito; dicimus illa, Res quibus exprimitur nobis iterata frequenter.

4. Frequentativum, sive iterativum est, quod rei frequentationem, iterationemque significat: ut *Regito, Leſtito, Scriptito,*

Hujusmodi frequentativa formare solent Poloni, fere ab omnibus verbis perfectis, vg. *Mami mies wam: Stojs! stawam: Chodzy chadzam.*

Etiam à Verbo Substantivo; *Jestem! bywam. Res minuunt quedam, ut Sorbillo, & propria dicunt*

Significata minus, quam significata parentum.

5. Diminutivum vel potius diminutum est, quod minus, quam id, à quo ortum est, significat: ut *Sorbillo, à Sorbeo, Potisso, à potio.*

DE PARTICIPIO.

Participans varios recipit cum tempore casus,

1. Participium est pars Orationis, quæ tum casus, tum tempora habet.

Tempus amat præsens Ans, Ens, ac talia verba.

(Passi.

(Passivò tantum exceptò,) gignuntur ab omni.

2. Participia præsentis temporis, in *Ans* vel in *Ens* exeunt, & ab omni verborum genere nascuntur, exceptis Passivis: ut *Laudans*, *serviens*, *complectens*, *utens*.

Quæ sunt præteriti verbi, hæc oriuntur ab illis, Quæ per passivam flectunt sua tempora vocem.

3. Præteriti temporis in *Tus*, *sus*, *xus*, desinunt, ac fiunt à verbis Passivis, Communibus, & Deponentibus: ut *Laudatus*, *complexus*, *usus*. Unum, in *Uus* reperitur, *Mortuus* videlicet, à *Morior*.

Participia Futuri, tum in *Rus*, tum in *Dus* exeunt.

In Rus finitum gignunt verba omnia, à nptò

Passivò tantum verbò: Dus habentia finem

Passivæ vocis verba, & communia formant.

Deponens aliquando etiam Dus habentia gignit,

Quod fuerat commune olim; velut execror, utor.

4. In *Rus*, oriuntur ab omni genere verborum, exceptis Passivis: ut *laudatur* 9, *servitur* 9, *usur* 9.

5. In *Dus*, fiunt à Passivis & communibus: ut *Laudandus*, *Complectendus*. Interdum etiam à Deponentibus, quæ aliquando fuerunt Communia ut: *Sequendus* à *sequor*, *ulciscendus*, ab *ulciscor*, ab *execror* *execrandus*, *utendus* ab *utor*.

6. Participia præsentis temporis fiunt à prima persona præteriti imperfecti, syllabâ *bam*, vel *bar*, mutatâ in *Ns*: ut *Laudabam*, *laudans*, *complectebam*, *complectens*.

7. Participia in *Dus*, fiunt à genitivis participiorum

piorum præsentis temporis, Tis syllabâ mutata in *Dus, da, dum* ut *Laudans, laudantis, laudandus, laudanda, laudandum. Complectens, complectentis, complectendus, da, dum.*

Tempore verba aliquò privata, aut orba Supinîs, His quoque privantur, quæ deducuntur ab illis. Qualia sunt: *Odi, Memini, Reminiscor, & Angor.*

8. Participiò præsentis temporis, Gerundiò & Futurò in *Dus*, carent verba, quæ præteritò imperfectiò carent: ut *Odi, Cœpi, Novi Memini.* Participia præteriti temporis, fiunt à posteriore Supinò, additâ literâ S. ut: *Laudatu, laudatus. complexu, complexus.*

9. Participia Futuri in *Rus* fiunt à priore Supino, M literâ versâ in *Rus*: ut *Laudatum, laudaturus.*

10. Quæ verba Supinîs carent, carent etiam Participiis futuri in *rus*, & præteriti temporis: item præteritis perfectis, & plusquàm perfectis Passivis omnium modorum, ac Futurò Passivò Coniunctivi modi; præterea Futurò infiniti, tum agendi, tum patiendi; quibus omnibus destituuntur: *Disco, Pasco, Meacer, & alia, quæ capite V. pag: 100. exhibuimus.*

DE PRÆPOSITIONE.

Præpositiva fere juncta, aut disjuncta, locantur Ante alias, casusque regit pars ordine quinto.

1. Præpositio est pars Orationis, quæ cæteris parti-

partibus aut separata, aut conjuncta serè præponitur.

Separata: ut *Non sum apud me præ iracundia.*

Conjuncta; ut: *Præstat millies mori, quàm Deum vel levissimè offendere.* Præstat, ex præ; offendere, ex ob componitur.

Accusativò gaudent.

Trans, apud, adversus, quarto junguntur, & ante,

Pone, per, adversum, juxta, propè, versùs, & infra,

Ad, post, & circum, circa, cis, circiter, extra.

Præter, ob, intra, erga, citra, secus, usque secundum,

Et propter, contra, supra, penes, inter, & ultra.

Ablativo serviunt.

Abs, ab, & à, cum, clam, possunt sibi sumere sextum.

Et tenus, atque palā, procul, absque fruuntur codè.

Ex, è, de, coram, præ, pro, finè, ponitur apte.

Post Patrium serme numero, tenus, una, secundò,

1. Tenus serè Genitivum amat, cum vocabulo multitudinis adhæret: ut *Comarum tenus, lumborum tenus.* Alioquin Ablativum: *pectore tenus, ore tenus.*

Insuper, & subter, quarto modo juncta videbis,

Pro vario sensu, gradui modo juncta Latino.

2. Accusativum, vel Ablativum pro varia significatione postulant, *In, Sub, Super.*

Subter, apud Oratores Accusativum habet, apud Pòetas etiam Ablativum.

Sex in compositis nunquam nisi vocibus extant,
Exem-

Exemplum: Dispar, dirimo, sejungo, repello.

Ambigo, constituo; complura, simillima sunt.

3. Præpositiones, quæ tantum conjunctæ præponuntur, sunt: *Am, con, di, dis, re, se;* ut: *Ambigo, Confero, Dinumero, Disputo, Reputo, Sejungo.*

DE ADVERBIO.

Explanare solent alias Adverbia voces,

Illarumque usu generalem adstringere sensum:

Ut bene das operam: meritò loca prima mereris.

Adverbium est pars Orationis, quæ vocibus ad-
dita, earum significationem explanat ac definit:
ut *Rarò loquitur, benè peritus, vehementer iratus, parùm diligenter.*

Adverbiorum variâ sunt genera, & significationes.

Optandi: ut *Utinam! o! si!*

Vocandi: ut *O! heus! cho!*

Interrogandi: ut *Cur? quare? quid ita? quamobrem?*

Respondendi affirmatè: ut *etiam, ita, maxime, quidni,*

Confirmandi: ut *profectò, sane.*

Negandi: ut *Non, nequaquam, minimè, haud, haud quaquam.*

Dubitandi: ut *Forfan, forsitan, fortassis, fortasse.*

Hortandi: ut *Eja, age, agendum, agite.*

Prohibendi: ut *Ne.*

Demonstrandi: ut *En, ecce.*

Eli-

Eligendi ut: potius, imo.

Comparandi ut: Magis, minus, fortius.

Congregandi ut: simul, unâ, pariter.

Separandi: ut Scorsim.

Intendendi: ut acriter, studiosè, vehementer.

Remittendi: ut Segniter, remissè, oscitanter.

Temporis: ut Hodie, cras, perendie, heri, nudius tertius.

Loci: ut hîc, hæc, huc, horsum.

Numeri: ut semel, bis, ter, sæpè, oenties, millics.

Ordinis: ut primùm, deinde, postremo.

Eventus: forte, fortuito.

Similitudinis: ut Sicut, sicuti, ut, uti,

Diversitatis: ut Aliter, secus.

Qualitatis: ut Prudenter eleganter.

Quantitatis: ut parùm, multùm, satis nimiùm.

DE INTERJECTIONE.

Affectus varios animi interjectio promit:

Hei mihi! vae nobis infandum! o dira cupido!

Proh dolor! Heu miseri! Vab quanta insaniamenti!

Interjectio est pars Orationis, quæ varios animi affectus indicat.

Interjectionum variæ sunt formæ,
& significationes.

Laudantis, & aliquando exultantis. ut *Euge!*

Exultantis & interdum insultantis: ut *Vab!*

Lætantis. ut *Evax! vab!*

Dolentis.

Dolentis & ingemiscntis: ut *Ab, beu, bei!*

Suspirantis: ut *Ab, ab!*

Lugentis: ut *Hoi, bei.*

Ejulantis: ut *Ob, ob, ob, ob.*

Admirantis, & interdum Ironiæ: ut *Hui.*

Irridentis: ut *O. Cic: Phil: 3. O præclarum ovium custodem, (ut ajunt,) lupus.*

Exclamantis: ut *Prob! oi*

Timentis: ut *Hei.*

Silentium indicentis: ut, *St.*

Deprehendentis aliquid ex improvîso: ut *At, at.*

Præfagientis malum, vel misercntis, vel minantis.
ut *Væ.*

Rejicientis cum fastidio: ut *Apagc, apagc sis.*

Stomachantis sive indignantis: ut *Malum.*

Execrantis: ut *Nefas, nefandum.*

DE CONJUNCTIONE.

Fungitur officio Conjunctio sola ligandi

Particulas & membra, quibus sententia constat;

Suntque hujus variæ species, quas mente notabis

Conjunctio est pars Orationis, annectens ordinansque sententiam.

Conjunctionum species, sive significationes variæ sunt.

Copulativæ: ut *Ac, atque, &, que,*

Disjunctivæ: ut *Vel, ve sive, seu, aut, nec, neque, ne,*

Adversariæ: ut *Et si, tametsi, quanquam, quamvis, attamen, verumtamen, &c.*

Collec-

Collectivæ sive illativæ, seu rationales: *Ergo, igitur, quare, quocirca, quapropter, itaque* &c.

Causales: ut *Nam, namque, siquidem, quis, quoniam, enim, etenim, propterea, quod*, &c.

Expletivæ: ut *Quidem, equidem*, &c.

SCHOLION.

Conditionales addi possunt: ut *Si, quidem, modo, dummodo, duntaxat*. &c.

Quæ præit, est Princeps, ut nec, nisi: Subdita semper

Subsequitur: ceu, verò, autem. Communis utrumque

Munus habet: veluti, quamvis, quapropter, Ergo.

Conjunctiones partim sunt præpositivæ; partim subjunctivæ, partim mediæ.

1. Præpositivæ, sive principes sunt, quæ in Oratione præeunt: ut *Aut, ac, atque, at, est, vel, nec, neque, nisi, seu*, &c.

2. Subjunctivæ, sive subditæ, quæ subeunt: ut *Quæ, ve, ne, quidem, quoque, autem, verò, enim*.

3. Communes, sive mediæ, quæ & præeunt, & subeunt: ut *Ergo, igitur, itaque, equidem*.

De accidentibus, sive attributis Partium Orationis.

Sunt quædam, quæ partes Orationis comitantur: Ut: Numerus, Casus, Genus, Declinatio, modus, Tempus, Persona Figura, Species: quæ accidentia, sive attributa Partium Orationis vocantur.

Nume-

Numeri Nominum, Pronominum, Verborum, & Participiorum, sunt duo:

Singularis: ut *Musa, Ego, laudo, laudans.*

Pluralis: ut *Muse, Nos, Laudamus laudantes.*

Casus Nominum, Participiorum, & nonulorum Pronominum sunt sex: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, Ablativus.

Nomen, Pronomen, Participium, tria habent genera præcipua: *Masculinum, sive Virile*, cui præponitur Pronomen hic: ut hic Dominus, meus, doctus. *Fæmininum sive muliebre*, cui præponitur Pronomen hæc; ut: hæc ancilla, mea, docta. *Neutrum*, cui præponitur Pronomen hoc: ut: hoc mancipium, meum, doctum. Ex his tribus generibus nascuntur duo alia: *Commune duorum*, & *commune trium*. *Commune duorum* est, cui præponuntur Pronomina hic & hæc: ut *hic & hæc Parens*. *Commune trium sive omne*, cui præponuntur Pronomina hic, hæc, hoc: ut *hic & hæc & hoc prudens, nostras, amans.*

Declinationes sive Formæ

Nominis quinque.

Prima, Cujus Genitivus terminatur æ diphthongó,
ut *Musa, musæ*

Secunda, Cujus Genitivus terminatur literâ i:
ut *Dominus, Domini.*

Tertia, Cujus Genitivus terminatur syllabâ is:
ut *Sermo, sermonis.*

Quar.

Quarta, cujus Genitivus terminatur syllabâ us: ut *Sensus, sensûs*.

Quinta, cujus Genitivus terminatur literis e & i separatim: ut *Dies, Diei*.

Pronomina. *Meus, tuus, suus, noster, vester*, ad primam, & secundam nominum declinationem spectant: *Nostras & vestras*, ad tertiam: cætera proprias habent formas.

Participia, quæ in *ans & ens* exeunt, ad tertiam declinationem pertinent: ut *Laudans, docens, &c.* Reliqua ad primam, & secundam: ut *Laudaturus, laudatura, laudaturum: Laudandus, laudanda, laudandum*.

Declinationes, sive Conjugationes Verborum sunt quatuor.

Prima, cujus secunda persona præsentis Indicativi exit in *as*, & Infinitivum in *are*: ut *Amo, amas, amare*.

Secunda, in *es* longum, & infinitivum in *ere*, penultimâ productâ: ut *Duceo, doces, docere*.

Tertia, in *is* breve, & infinitivum in *ere*, penultimâ correptâ: ut *Lego, legis, legere*.

Quarta, in *is* longum, & infinitivum in *ire*: ut *Audio, audis, audire*.

Modi verborum triti ac communes sunt quinque: Indicativus, Imperativus, Optativus, Coniunctivus, & Infinitivus.

Tempora Verborum sunt quinque: præsens sive instans, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plusquam perfectum, & Futurum.

M

Perse-

Personæ Pronominum sunt tres: Prima Ego, secunda Tu: reliqua Pronomina tertiæ sunt personæ, præter Ipse, ipsa, ipsum: quod cujusvis est personæ: Item provocabulum Qui, quæ, quod.

Personæ Verborum sunt tres: Prima: ut Amo, secunda, ut amas, tertia, ut amat.

Nomina, & participia (exceptis Vocativis) incertæ sunt Personæ: sicut & verba infinita; eam enim induunt personam, cujus est verbum, cui adhærent: ut: *Ego Marcus Tullius defendi Rempublicam adolescens, non deseram senex. Cupio te audire.*

Vocandi casus, quia secundis personis tantum adhærent, solum sunt secundæ personæ.

Figuræ Nominum, Pronominum, Verborum, Participiorum, Præpositionum, Adverbiorum, Conjunctionum, duæ sunt.

Simplex: ut prudens, is, laudo, laudans, abs, prudenter, enim.

Composita: ut Imprudens, idem, collaudo, collaudans, absque, imprudenter, etenim.

Species Nominum, Pronominum, Verborum, Adverbiorum sunt duæ: Primitiva: ut *Pater, tu, caleo, clam.* Derivativa: ut, *Paternus, Tuus, tua, tuum, caleo, clam.*

Præcepta aliquot De Constructione, Tyronibus ediscenda.

P.I.

CAPUT XII.

PRÆCEPIUM I.

Adjectivum Nomen concordat cum substantivo in genere, numero & casu: Ut: *Puer ingeniosus, memoria infirma, ingenium tardum.*

II.

Relativum Qui, quæ, quod cohaeret cum antecedente in genere & numero: ut: *Non est dicendus puer ingenuus, qui verecundiam non amat. Accepit tuas literas, quæ mihi jucundissime fuerunt. Legi tuum Epigramma, quod mihi mirandum in modum placuit.*

III.

Verbum Personale finiti modi postulat ante se Nominativum ejusdem numeri & Personæ. ut: *Ego lugeo, tu rides, Præceptor docet, nos legimus, vos scribitis, aleatores vapulant.*

IV.

Verbum infiniti modi ante se Accusativum habet: ut, *Gaudeo te bene valere. Doleo Parentes tuos agrotare. Lator fratrem tuum salvum & incolumen venisse.*

V.

Verbum Substantivum non solum ante se, sed etiam post se Nominativum petit: ut *Parsimonia est magnum vectigal. Avus tuus fuit vir deus. Verecundia est maximum ornamentum pueritia.*

VI.

OMne Verbum Personale finiti modi potest utrinque habere Nominativum, pertinentem ad eandem rem: ut, *Hic vocatur Paulus. Ille vivit miserimus. Boni moriuntur lati.*

VII.

Quotiescunque duo nomina substantiva, ad res diversas pertinentia, in oratione ponuntur sine conjunctione: alterum erit Genitivi Casus: ut, *Libertas Pompeji, Ciceronis Epistola, Carmen Virgilii.*

VIII.

Verbum Activum post se accusandi casum postulat: ut, *Pueri ingenui amant literas. Frater tuus legit Ciceronem diligenter.*

IX.

Verbum Passivum post se Ablativum desiderat cum præpositione A vel ab: ut *Literæ amantur à pueris ingenuis. Cicero legitur à Fratrem tuo diligenter.*

X.

Quodvis verbum admittit præpositionem cum suo casu: *Fui in Templo. Eo in Gymnasium. Sedeo in scamno.*

XI.

Verba Composita sæpè Casum suæ præpositionis habent: ut *Hostis invadit Urbem. Lasi adeunt Principem. Joannes exivit loco suo.*

XII.

OMne Verbum, & multa nomina Dativum habere

bere possunt ejus rei, cui damnum aliquod vel commodum datur: ut, *Laboras aliis: mihi soli es otiosus. Catilina fuit perniciosus Reip: Senes non sibi, sed aliis, aut nepotibus arbores serunt.*

XIII.

Temporis continuatio in Accusativo vel Ablativo ponitur, frequentius tamen in Accusativo: ut, *Pater tuus vixit quinquaginta annos. vel quinquaginta annis. Scripsi duas horas, vel duabus horis.*

XIV.

Clicunque verbo addi potest Ablativus, significans pretium: ut, *Emi librum decem denariis, Vendidisti atramentarium tribus sestertiis.* Vel instrumentum: ut, *Scribo calamo, percutio ferula.* Vel causam: ut, *Servus tuus interiit fame. Tabesco dolore.*

XV.

Gerundia, Supina, & Participia, postulant post se casus verborum, à quibus oriuntur: ut, *Scribo literas, sum scripturus literas.*

XVI.

Quando per ubi fit interrogatio, propria Urbium & pagorum primæ vel secundæ declinationis, & singularis numeri, ponuntur in Genitivo. Adde *Domus*: ut, *Ubi est Egnatius? Romæ: sic domi, Lovanii, Antverpiæ, &c.*

Si propria Urbium & Pagorum fuerint tertiæ declinationis, aut pluralis numeri, sexto casu utendum est: ut, *Ubi est mortuus Alexander?*

Babylone; sic Neapoli. &c. Ubi studuit Demosthenes? Athenis. Sic Parisiis. &c.

Nomina tamen Regionum & Appellativa, ablativum cum præpositione in desiderant: ut, *Ubi est Parens? in Italia, in Belgio, &c. Ubi orandum est? in templo, in cubiculo, &c.*

XVII.

SI per *Quò* interrogamus, Propria Urbium & Pagorum Accusativò efferuntur sine præpositione: cujuscunque sint declinationis ac numeri, sicut etiam Domus: ut *Quò vadis? Romam, Babylonem, Athenas, Domum, &c.*

Appellativa & propria Regionum poscunt Accusativum cum præpositione *In*: Ut, *quò properas? In Templum, in forum, in Galliam, in Germaniam, &c.*

XVIII.

CUM Interrogatio fit per *Quà* vel per *Unde*, propria Urbium & pagorum, cujuscunque sint declinationis ac numeri, ponuntur in ablativo sine præpositione, quibus adde Domus: ut: *Unde venis? Bruxellis, Tornacò, Cameracò, Domò, &c.*

Propria Regionum & Appellativa, Accusativum cum præpositione *per* postulant, cum Interrogatio fit per *Quà*, ut: *Quà ivisti? per Galliam, per Germaniam, per forum, &c.*

Eadem ablativum cum præpositione *Ex* habent, si fiat interrogatio per *Unde*: ut: *Ude nobis odes? ex Anglia, ex Templo: &c.*

XIX.

XIX.

Adjectiva & verba, quæ copiam & inopiam significant, Genitivô, vel ablativô gaudent: ut, *Stultorum plena sunt omnia. Dux egenus consilii: Petrus eget pecuniis. Abundant opibûs,*

XX.

Si multa ejusdem generis comparentur, utendum est Superlativo, cum Genitivo plurali: ut, *Aristoteles est doctissimus Philosophorum. Cicero eloquentissimus Oratorum.*

XXI.

Cum duo vel plura inter se comparamus, utimur comparativis cum Ablativo: ut, *Argentum est vilius aurô. Virtus præstantior nummis. Præmia majora laboribûs.*

DE GENERIBUS NOMINUM

Difficilioribus.

P. I. O. I. C.

CAPUT XIII.

Cerundia Nominum partim ex significatione, partim ex terminatione noscuntur.

De Generibus nominum, quæ ex significatione cognoscuntur.

Præceptum I. de Masculinis.

Quæ maribus solum tribuuntur, mascula sunt.

Mascula censentur specie depicta virili.

Et quibus appositum tantum tribuisse virile,

M4

Cre.

Credibile est veteres: ceu latro, Præsul, & hospes.

SCHOLION.

Nomina Propria Virorum: ut Æneas, Catilina, Masinissa, Clinias, & eorum, qui viri specie pinguntur: ut: Michâél, Dæmon, Satyr, Pan, Aquilo, Putnocny wiatr/ Boreas także. Cæteraque nomina Angelorum, Deorum, atque ventorum, masculina sunt.

Nomina item Appellativa, quæ viris duntaxat conveniunt: ut, Scriba Pisarz/ Lanista, Szymietz/ Scurra, blażen/ syderz/ Nauta, flis/ Bibliopola, Bsiagarz/ Latro, 3boycal/ Pirata, mostki rozboynik/ Præsul, Biskup/ Cupido Gospodarz/ Goscinny/ Hospes, Gosc/ Tubicen, trzabacz/ vas vadis, takoymia.

Præceptum II. de Fœmininis.

Fœmineum dices, quod fœmina sola reposcit.

Fungito fœmineis muliebri prædita formâ.

Quæque adjectivum tantum muliebri requirunt.

SCHOLION.

Nomina fœminarum propria: ut Misis, Glycerium, Dido, & earum, quæ fœminarum specie pinguntur: ut Pallas, Clio, Xantho, Parthenope, Bogini/ Alesto, Jedza/ latawica/ & cætera nomina Musarum, Nympharum, fœminina sunt. Itemque Appellativa, quæ solis fœminis conveniunt: ut, obstetrix, baba przy porodzeniu/ nutrix, Mama. Quæque cum adjectivis fœminini conjunguntur: ut operæ, robornicy/ custodiæ, caras/ skraz/ wieszienie/ vigilia, skraz.

Præ:

Præceptum III. de communibus.

*Est commune duum, sexum quod claudit utrumque
Articulô geminô; veluti bos civis, & bustis.*

*Et comes, atque cliens, dux, jus, canis atque
Sacerdos.*

SCHOLION.

Nomina tum maribus, tum sæminis convenien-
tia, sunt generis communis: ut: bos, wół y krowa/
& quæ his versibus continentur. Quibus accedunt illa: Parens, Rodzic/ Conjux, Mąż/ żona/
Custos, Stroz/ Præses, Starosta/ Obles, Zastawa/
Człowiek zastawiony/ Affinis, Powinowaty/ Vates
Prorok/ Poeta, Rymotworca/ Municeps, Mieszca-
nin/ wolny/ & alia. At Incola, Obywatel/ agricola,
oracz/ augur, wieśczeł/ exul, wywołany/ fur, złodziej/
hæres, dziedziec/ miles, żołnierz/ judex Szadzia/
adolescens, młodzieniec/ juvenis, młody/ infans,
niemowlętko patruelis, stryjeczny brat/ plerumque
masculina sunt. interdum etiam sæmina. Catullus carm: nupt: *Cernitis innuptæ juvenes.*
Quin: lib: 6. *Infantem suam frigidissime reportavit.*
Pers. Sat: 6. *Patruelis nulla proneptis, nulla manet Patruis.* Hospes in sæminio genere,
usitatus habet Hospita, Gospodyni/ & Antifles, Antiflita, Bsieni.

EXCEPTIO.

Excipiuntur ab hac regula Vulpes, liśka/ Aquila, Orzet/ & alia; de quibus dicemus, cum de promiscuis agetur.

Præ-

Præceptum IV. de Nominibus Generis Omnis.

Est commune trium generi, quod convenit omni.

SCHOLION.

Nomina, quæ Maribus, Fæminis & Neutris conveniunt, sunt, generis omnis: ut felix, szczęśliwy/ discolor, pstry/ hebes, tapy/ Arpinas, 3 miasta Arpinu/ par, rowny/ nequam, nic dobrego/ decem, dziesięć/ & alia multa, quorum pleraque numero tantum singulari sunt generis omnis; nam in plurali in neutro genere non usurpantur: ut degener, odrodęk/ defes, leniwy/ memor, pamiętny/ ales, lotny/ szczędliwy/ præpes, prakci/ teres, okroglę/ uber, obfity/ sospes, zdrowy/ bipes, o dwu nogach/ divos, bogaty/ pauper, ubogi/ superstes, jęscze żywy/ cicur chowany/ ogłaszany. Verum alienigena, cudzoziemiec/ auctor, wynalazca/ com s, towarzysz w drodze/ indigena, ziomek/ testis, świadek/ & alia Nomina Communia, figuratę cum neutris conjungi videntur.

Præceptum V. de Mensibus, Montibus, & Fluviis.

In Maribus Menses, Montes, Fluviosque repone.

SCHOLION.

Nomina Mensium propria: ut Quintilis, Lipiec/ October, październik/ masculina sunt. Nomina item Montium: ut: *Ætna, Ossa, Oeta;* & Fluviorum, ut: *Anio, Garumna, flumen Gallie.* Excipiuntur

piuntur quædam, de quibus postea dicetur.

Præceptum VI. de Regionibus, Urbibus, Navibus, & Pœmatibus.

Insula fœminea est, Regio, Urbs, cum Nave Pœsis:

SCHOLION.

Nomina propria Insularum: ut. *Rhodus, Cyprus, Delos.* Regionum: ut: *Ægyptus, Epirus.* Navium: ut: *Argo, Centaurus,* Pœmatum: ut: *Æneis, Eunuchus.* sunt generis fœminini. Excipiuntur nonnulla, de quibus suô locô dicemus.

Præceptum VII. de Arboribus.

Fœminea est arbor: neutrum cum subere robur, Et filer atque acer; sed mas oleaster habetur.

SCHOLION.

Nomina arborum sunt generis fœminini: ut *abies, jodła/ platanus, jawor/ pinus, sosna Włostka/ cupressus, cyprys/ ficus, figowe drzewo/ malus, jabłon/ pyrus, gruska/ & alia innumerabilia.* Excipiuntur: *suber, forek/ robur, dob/ itemque acer, filon/ filer rekita/ quæ sunt neutra; & oleaster, lesna oliwa/ quod est generis masculini, it m pinaster, sosna nasa/ & aliæ arbores ejusdem terminationis.*

Præceptum VIII. de Plurali Numero declinationis, & notis

Literarum.

Plurale A, neutrum est; I, mas: ut: Susa. Philippi.

Æ. dl.

Æ diphthongon habens pluraliter, est muliebre. Adde notas neutris, vocem & pro nomine sumptam,

Et verbum quodvis, nuda pro voce repostum.

SCHOLION.

Nomina omnia, quæ in numero multitudinis duntaxat declinantur, & A litera terminantur. Neutra sunt: ut arma, bron/ Biblia *Asiat* sin autem I, masculina: ut: liberi, *dzieci*. Hac regula excipiuntur ex regulis superioribus, *Ecbatana*, *Susa*, *Badra*, propria Urbium. *Bucolica*, *Georgica*, *Poematum* propria, quæ sunt neutrius generis. *Philippi*, *Putcoli*, *Treviri*, propria Urbium, quæ sunt masculina. Elementorum nomina, ut, A, B, C, & partes orationis, pro se ipsis sumptæ, neutrius generis sunt: ut: *Vivere ipsum turpe est*.

Præceptum IX. de generibus Nominum, quæ ex terminatione cognoscuntur.

Fœmineum A, primæ est: veluti Panthera, sagitta.

Adria mas, æquor, mammona, cometa, planeta.

Nomen in A, ternæ neutrum est; ceu stigma torcuma.

SCHOLION.

A finita, nomina primæ declinationis, fœminina sunt. Excipiuntur: *Adria*, cum significat mare Adriaticum, *cometa*, *planeta*, & *mammona*.

Nam *Pœta* cum solis maribus tribuatur, ad primam illam regulam pertinet. *Pascha* & *man-*

na apud Hebræos masculina, apud Latinos neutra sunt. Manna tamen, cum significat micæ thuris, muliebri est. Plin: lib: 3. c. 14. *Micæ concussu elisas, mannam vocamus.* Tertiæ autem declinationis nomina Neutra sunt: ut stigma, Piatno/ toreuma, toczony kubes/ Pœma, wiersz/ rym.

E finita.

E Latiale petit neutrum: velut acre, monile.

Fœmineum est Alœ, rhodopeque & cetera Græca.

SCHOLION.

Nomina Latina, E Literâ terminata, neutra sunt: ut, mare, morze/ cubile, toze/ sedile, zedel/ alveare, pŕeczelnik. At Græca: ut, Rhodope, Physice, Grammaticæ, & alia generis ejusdem, fœminina sunt. Excipio: Cete, Wieloryb/ & tempe, mieysca wesote w Tesalii/ quæ sunt neutra: nec mirum; sunt enim numeri multitudinis: Thessala, Tempe, Cete grandia. Mille Substantivum neutrum est, quod pluraliter declinatur. Millia, millium, &c. mille adjectivum, est omnis generis, neque declinatur.

I, O, & U.

I, neutris tribue: O, maribus: ceu pugio, gummi.

Fœmineum verbale in Io: caro, talio, quodque

Desinit in Do, Go: neutris adscribito pondo.

Harpago, cudo, ordo, mas, udo, cardo, ligoque.

U, C, D, da neutris: velut id cum lacte, geluque.

SCHOLION.

Nomina, quæ in i desinunt, neutra sunt: ut gummi, sinapi. Quæ autem desinunt in O masculina sunt: ut: Tyro, młody żołnierz/ myoparo, barka/

łodz/

Łódz; morſſich rozboynikow/ unio, pecta/ ſtellio, pſtra ja s
 ſiczurka. Verbalia in ſo, ſœminina ſunt: ut oratio,
 lectio: itemque talio, wet zawet odwetowac. Cœtera
 nomina, quæ excipiuntur, ſere congruunt cum
 lingua Polonica: ut dulcedo, ſtodkosc/ propago,
 pokolenie/ teſtudo, żoſiw/ ſlep/ iurnia. & alia generis
 ſœminini: At harpago, haſ/ udo, ſkarperka/ car-
 do, zawiaſa/ ligo, moryka/ ordo, rżod/ cudo, czapka/
 przybica/ & alia, generis masculini regulã conti-
 nentur. Pondo tamen, funt/ quod libram ſignifi-
 cat, neutrum eſt. Quæ in u deſinunt, neutra
 ſunt: Tonitru, grzmot/ quod & hoc tonitrum i,
 & hic tonitrus:(us) veru, rozen/ gelu, mroz.

L & T,

L, T, ſit neutrum: hic mugil, ſal, ſolque reſoſcunt.

SCHOLION.

Nomina L & T, finita, neutra ſunt: ut Tribu-
 nal, Trybunał/ caput, głowa/ ſinciput, przodek
 głowy. Excipiuntur mugil, dorſ/ ſal, ſol/ Sol,
 ſłonce, masculini generis ſunt.

UM.

Um neutris junges, boninum ſi propria demas.

SCHOLION.

Nomina in-Um deſinentia, neutra ſunt: ut, pine-
 tum, bot/ trophæum, żwycieſtwa znał/ folium, liſt.
 Hęc regulã ex regulis ſuperioribus excipiuntur:
 mancipium, niewolnik/ jumentum, bydla/ & alia
 nomina manibus & ſœminis communia. Dyrar-
 chium, Bylantium, Carogrod/ Saguntum, & alia
 complura nomina Urbium propria: Rhenum, Me-
 taurum,

taurum, propria Fluviorum: Buxum, nomen arboris, quæ omnia neutra sunt. Excipiuntur nomina propria virorum: ut: Dynatium, Pægnium, quæ sunt generis masculini: & propria sceminarum: ut Phanium, Eustochium, Glycerium, quæ sunt sceminina.

AN. IN, ON.

An, In, On, hic: hæc cum sindone, poscit Aëdon, Quæ adde Alcyonem: neutris da cuncta secundæ.

SCHOLION.

Nomina, quorum postremæ literæ sunt An, In, On, mascula sunt: Pæan, Piesn/ Delphin, świsnia morska/ agon, *certamen*, franki/utarczka. Excipiuntur: sindon, *prześcieradło*/ Aëdon, Stowił/ Alcyon, *zimorodeł*/ sceminina. Nomina tamen secundæ declinationis neutra censentur: ut Ilion, Pelion, Babilon; quia Latina cum sunt, desinunt in um. Ilium, Pelium, Bora/ quocirca eximuntur ex regula Montium.

EN.

En dabitur neutris: Atagen, cum Peetine mas est. Splenque, lienque, & bimen, lichen, ren, mascula sunt.

SCHOLION,

Nomina, quæ in En desinunt, neutra sunt: ut carmen, wietł/ lumen, światło/ germen, rodzay/ wynifanie/ vimen, wirtka. Excipiuntur Atagen, *Jas* *czobek*/ avis nomen, & peden, *gtzebien*/ płochy *ślodra tyba*/ quæ masculina sunt. Item ren, *netka*/ splen, *śledźiona*/ lien idem significat.

At finita.

Postu-

Postulat Ar neutrum: ceu par cum neſtare calcar.

SCHOLION.

Ar literis finita, neutra sunt: ut: Calcar, Oſtroga/ jubar, glans od Stonca/ pulvinar poduſka/ par, Para/ cetno/ neſtar, napoy Wiebieſki/ far, jaczyna. At par, rowny/ adjectivum nomen est, commune trium. Item composita: Compar, dispar, &c.

Et finita.

Er maribus dono; cicer hoc cum vere cadaver.

Uber, iter, verber, tuber, piper, atque papaver.

Nomina, quæ in er desinunt, masculina sunt: Carcer, Wizſienie/ imber deſezy/ agger, grobla/ vesp̄er, wieczor/ linter, czotn/ later, cegla/ asser, deſka. Excipiuntur: Cicer, Wloſki groch/ ver, wiosna/ Cadaver, trup/ uber, cyc/ verber, rozga/ biczy/ tuber, bedka/ guzy/ piper, pieprzy/ papaver, maſ/ quæ sunt generis neutrius: laver, potoczniſ/ ziele/ interdum ſæmineum est Plin: l. 26. cap: 8. *Laver quoque nascens in rivis condita, & cocta, torminibus medetur.* Tuber arbor ſæmineum est: tuber pomum ejusdem arboris, masculinum. *Vide commentar:* Cucumer etiam pro cucumis usitatum est.

Or finita.

Or maribus servit: muliebris demitur arbor:

Accedunt neutris: Cor, ador, cumque æquore marmor.

SCHOLION.

Nomina Or finita, masculina sunt: ut: honor/ czeſci/ decor, piſknoſc/ labor, praca/ mæror, ſmutek. Excipiuntur: Cor, ferce/ ador, zboze/ marmor, marmur/ & æquor, morze/ quæ neutra sunt; & arbor ſæmininum, deſzewo.

Ur

Ur finita.

Exigit ur neutrum: hic fursur, cum vulture turtur.
SCHOLION.

Nomina in Ur desinentia, ut fulgur, Bystkawica/ murmur, semcanie/ sulfur, siarka/ guttur, gardto/ sunt neutrius generis. Tria tamen masculina sunt, fursur, otteby/ vultur, sepi/ & turtur, synogartlico/ quæ sub regula avium, & alia multa, de quibus infra in Epicenis, continentur.

As finita.

Fœmineum As: neutrum vas vasis, fasque nefasque. Mascula sunt Elephas, adamas, as, atque tiaras Cumque vade ac reliquis fleEtit quæ prima Pelasgum.
SCHOLION.

As finita, fœminina sunt: ut lampas, lampa/ tempestas, niepogoda/ caritas, drogośc. Tria neutra sunt: vas, vasis, statet/ fas, & nefas, co éis niegodzi. Alia masculina. ut Elephas, (antis, Ston/ usurpatur eleganter etiam Elephantus. Adamas, dyament/ as, assis, gross/ sunt/ vas, vadis, takoymia. Festus: *Iustum vadem dicebant veteres, pro idoneo.* Omnia item nomina Græca primæ declinationis sunt masculina: Tiaras, Xisja czapka. Apud Virg: l. 7. *Æneid: Sacerque tiaras,* quanquam usitatus videtur Tiara, æ, fœmininum, *Bitet.* Juven: Sat: 6. *Et Phrygiâ vestitur bucca tiarâ.*

Es finita.

Fœmineum est Es, ceu compes, sed mascula limes, Fomesque, & trames, gurges, cum cespite vepres, Poplesque & palmes, stipesque & pleraque Græca.

N

SCHO-

SCHOLION.

Es terminata, fæminina sunt: ut compes, psto/
moles, r3ecz wielka/ trudnośc/ proles, potomstwo/
vulpes, liſka/ rupes, ſkata/ sedes, ſtolec/ leges, 3boże.

Excipiuntur limes, granica/ fomes, podniera/
zagiex/ trames, ſcieſka/ gurges, topiel/ poples, cza-
ſka u folana/ cespes, darn/ vepres, ciernie/ stipes,
pniaſ/ meridies, południe/ paries, ſciana/ pes, noga/
quæ omnia sunt masculina. Itemque plurima no-
mina Græca in Es, primæ aut tertiæ declinatio-
nis: ut, Sophistes, oſuſt/ wyſtracz/ Pſaltes, Spies
wał/ lebes, garniec miedziany/ koćiel/ tapes, Kobietzec/
magnes, Ramien drogi/ magnes,

Is finita.

*Is dato fæmineis: maribus da postis, aqualis,
Angvisque & vectis, callisque, & pulvis, & ensis,
Glis, lapis, & follis, cucumisque & collis, & unguis,
Et sanguis, piscis, cum fascis, & axis, & amnis,
Et vermis, torris, fustis, cum vomere, mensis.*

Nis quoque finitum: ut funis, compositaque ab asse.

SCHOLION.

Nomina Is finita, fæminina sunt: ut, cassis, ſyſtaſ/
abo przytlica/ clavis, klucz/ basis, 3asada/ poſtad/
cratis, krata/ restis, pomroz. Excipiuntur postis,
podwoy/ aqualis, nalewka/ abo ſaſtik/ angvis, woż/
vectis, drog/ rygiel/ callis, droga urorowana/ ensis,
miecz/ glis, dżiki ſczurek włoſki/ co ſpi żimie/ lapis,
Ramien/ follis, miech kowalski/ cucumis, ogurek/ col-
lis, pagorek/ unguis, paznogiec/ axis, oś/ amnis,
szeka,

2. Itemque

2. Itemque illa: Orbis, okrog, koto, fustis kiy, torris, gtowniá, & alia, quæ desinunt in nis: üt, cinis, popiot, panis, dyleb, funis, powroz, vomis, (eris,) lemiesz, fascis, (is,) snopek, rownianka.

3. Composita quoque ab asse, masculina sunt: üt decussis, dziesięć groszy, vicessis, dwadzieści, tricessis, trzydzieści groszy, centoßis, sto groszy,

Os finita.

Mascula, in os, sunt: Dos, cos muliebris, & arbos. Da chaos, atque melos neutris, os Argos, eposque. Os finita, masculina sunt: üt, Ros, Rosa, Flos, Zwiat. Excipiuntur, dos posag, wiano, cos, osta, arbos, drzewo, quæ sunt fœminina: Melos muzyka, os, oris, usta, & os, ossis, kóść, chaos, zamieszanie, & Argos, Urbs Græciæ, Epos, Rymy, Pœma heroicum, quæ sunt neutra.

Us finita.

Secundæ & quartæ declinationis.

Nomen in us, mas est, seu quarta, sive secunda. Porticus hæc & idus & acus, domus, & tribus, alvus,

Carbasus, atque manus, quinquatrus, vang, anusque, Et colus, & ficus, pomuni: mas morbus habetur, Nomen in os Græcum, quod in us vertere Latini, Masculeis partim datur: üt, Paradiso, & Isthmus, Partim fœmineis, veluti diphtongus, eremus. In neutris numerus virus, pelagusque profundum.

SCHOLION.

Nomina desinentia in us, si secundæ, aut quartæ sunt declinationis, sunt masculina: üt, triumphus,

N2

ccyumsf/

szymf/ gladius, miecz/ visus, aspectus, pozrzenie/
specus, jama/ vultus, zwacz/ dumus, cierniſto/ pam-
pinus, list winny/ intubus, podroznik/ ziele/ dicitur
& intubum neutrius generis.

Excipiuntur porticus, przysioneſ/ vannus, opate-
ka/ alvus, zotodeſ/ colus kadjiel/ carbasus, ptorno-
cienkie/ & ficus, us, seu ficus, fici, cum fructum aut
arborem significat, quæ sunt generis fœminini.

Quæ si ex nominibus Græcis in os, facta sunt
latina, partim sunt masculina, ut: prologus, przed-
mowa/ Paradisus, Źay/ isthmus, ziemia ciasna/ jako
grobla między dwójakim morzem/ smaragdus, ſma-
ragd/ dialogus, rozmowa/ stylus, pisanie; partim
fœminina: ut, synodus, zjazd/ diphthongus, dwoy-
głoſne zjacie liter/ eremus, pustynia/ periodus, pa-
pyrus, pharus, crystallus, nardus, ſpitanard/ lecy-
thus, bania/ abyssus, przepaśc. Duo tamen nomi-
na in Us, sunt neutra: virus, jad/ & pelagus,
morze; hoc tamen etiam masculinum putatur.

Us tertiæ declinationis.

*Postulat us neutrum, quoties id tertia flectit.
Mas, lepus, & mus, pus Græcū: compositaque jungi.
Est muliebri palus, subcas, pulcherrima virtus.
Atque salus, pecudisque pecus, quibus additur incg.
Quæque sibi servus, juvenisque senexque jugârunt.
Sit tibi jœmincum Lagopus herba, volucris.*

SCHOLION.

Us finita tertiæ declinationis, neutra sunt, ut
pecus, pecoris, bydło/ owce/ nemus, gaj/ vulnus,
rana/ ulcus, wtzod/ funus, pogrzebe

Exci-

Excipiuntur lepus, 3ajoc/ mus, myſſ/ tripus, tri-
 podis, trzynog/ masculina: & pecus, pecudis, by-
 dle/ subcus ſpaga/ liſewa/ incus, dis, naſowalnia/
 item ſalus, 3drowie/ virtus, cnota/ ſervitus, niwola/
 juventus, mlodoſc/ ſeneſtus, ſtaroſc/ ſæminina: &
 alia, quæ cum patrio genere ſermone conſenti-
 unt, & vulgo nota ſunt. Lagopus nomen herbæ,
 Benedykt ziele/ cum avem etiam ſignificat: ſæmi-
 neum eſt, Europatwa/ quamvis ex pus componatur.
 Mart: lib: 7. *Si meus aurita gaudet lagopode*
Flaccus. Plin: lib: 6. cap: 8. de lagopode herba:
Lagopus ſiſtit alvum e vino potato. Benedykt
 ziele 3aſtanawia biegunte.

Æs, Us, Bs, Ms, Ns, Ps, Rs.

Æs, tibi ſit neutrum; laus, fraus, muliebria ſanto.

S, dato ſæmineis, ſi conſona ponitur antè:

Eſto virile rudens, fons, pons, quadransque
chalybique,

Et polysyllaba ps: forceps dematur adunca.

Æs, æris, miedſ/ eſt neutrum: terminata in bs, ms,
 ns, ps, rs, ſæminina ſunt: ut trabs, balſa/ hyems,
 3ima/ frons, frontis, czoto/ frons, frondis, gataſ/
 cors, cortis, ſadſ na Fury.

Excipiuntur rudens, lina oſtarna/ ſons, 3r3odio/
 pons, moſt/ dens, 3ob/ chalybs, muſat/ ſtal/ triens,
 ſelogi/ quadrans, czwarta czréc funta/ quæ ſunt
 masculina. Polytyllaba ps finita: ut hydroſ,
 pudlina/ adeps, ſmalec/ ſunt masculina: forceps,
 Kleſzce/ duntaxat excipitur, quod ſæmininum eſt.

X, dato ſæmineis; greæ fornix, maſcula ſunto,

Et spadix, bombyx, varix, phœnixque, calixque.

Ax, ex finitum pollysyllabon, esto virile:

Hinc fornax, vibex, demesque supellex.

SCHOLION.

X. terminata, sunt fœminina: ut pax, pokoj/ sæx, drożdże/ sandix coloris rubri, sinidło żiele y farba/ perdix, kuropatwa/ celox, czotn/ coxendix, udzięc.

1. Excipiuntur: grex, rzęda/ fornix, sklep/ varix, żyta napudła/ bombix, robaczek/ co czyni jedwab. phœnix, prał jedyny/ calix, kielich/ quincux, piec żetow/ septunx, siedm żetow/ deunx, jedenascie/ quæ sunt masculina.

2. Pollysyllaba nomina, id est, duarum, aut plurium syllabarum in Ax, aut Ex desinentia, masculina sunt: ut thorax, łabac/ limax, ślimak/ silex, rzemien/ (quod nomen interdum est fœmininū, de quo infra, frutex drzewko/ płonka/ latex, wśielaka wilgotność/ vertex, wierzch głowy/ pollex, palec wielki/ murex, żółw morski/ krew śarciarno majocy.

3. Excipiuntur quoque forsax, nożyczi/ vibex, dęga, carex, tararstie żiele/ supellex, sprzęt domowy/ fornax, piec/ halex, halccis, śledź.

Præceptum X. De Adjectivis Nominibus, quæ sunt Substantiva.

Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis,

Unde genus capit, ut sonipes, oriensque tonansque.

Mobile fit neutrum, ni fixum mente subaudis.

SCHO-

SCHOLION.

Quoties Substantivis omissis, adjectiva ponuntur, ex adjectivis fiunt substantiva, atque ab his genus accipitur; ut sonipes, son tetnonog/ masculini generis sit; quia equus intelligitur: ita Oriens, wschod/ Occidens, zachod/ intelligitur Sol. Item Natalis, dzien narodzenia/ Molaris, kamien mlynski. Torres, strumien/ potok. At profluens, wsczka ciełaca/ continens, zismia/ rownina/ feminini generis sunt; quia ibi aqua, hic terra intelligitur.

Adjectiva porro neutra sunt, si substantivum non intelligitur: ut consequens, nastepne/ conveniens, przystoynne/ decorum, ozdobne.

Præceptum XI. de vi terminationis.

Respicimus fines, non significata frequenter.

Hinc Præneste, Reate, petunt hoc, Tibur, & Hispal.

Et Cete. Hic Sulmo, Narboque: hæc Alia flumen.

SCHOLION.

Sæpe scriptores non tam significationem verborum, quam terminationem spectant. Quare Præneste, Reate, Tibur, Cete, Nepete, Hispal, hæc inquam urbium nomina, neutra sunt: neque enim spectatur significatio, (essent enim feminina, ut nomina cæterarum urbium,) sed terminatio; quare ex regulis terminationis neutra sunt: quia E, L, R, neutra sunt.

Sulmo quoque, Narbo, masculina sunt; quia terminata tertiæ declinationis, masculina sunt.

sunt. Alia denique fluvii nomen, sc̄eminini generis est, quod A finita sc̄eminina sunt; Albula, Tyber; ob eandem causam sc̄ap̄e est generis sc̄eminini.

Præceptum XII. de Nominum generibus immutatis.

Respicit interdum nomen generale Poëta:

Unde sibi merito genus inferiora capeſſunt.

Sic volucrem sequitur bubo, sic flumen Jader.

Bubo, pusiçyçł, puhacz, sowa, apud Poetas interdum sc̄eminini generis, quia est avis: avis autem est generis sc̄eminini: eodem modo Jader neutrum interdum est; quia flumen est generis neutrius.

Præceptum XIII. Nomina variorum generum.

Hac modo sc̄eminineis, marib; modo juncta videbis, Limax, atque silex, tradux, cum torque, phasellus, Scrobs, serpens, anguis, cum corbe, diesque, rubusj. Postulat hic, aut hoc pelagus, Nar, vulgus, & Anxur.

SCHOLION.

Quædam nomina sunt modo masculina, modo sc̄eminina: limax, ślimak, tradux, przewodnik, torques, łancuch, phasellus, śkuta, bat, scorbs, dot, corbs, łos, dies, dzien, cum tempus significat, sc̄eminini generis: alioquin ferè masculini: rubus, jeżyna.

At Nar, rzeka jedna, vulgus, pospolstwo, pelagus, głębokość morża, Anxur, miasto w Teras cynie, modo masculini generis sunt, modo neutrius:

trius: quanquam vulgus & pelagus, raro, (idque apud Poetas,) sunt generis masculini.

Præceptum XIV. Nomina ferè masculina, raro foeminina.

Mascula sunt funis, finis, cumquo obice, varix, Et specus, & cortex, imbrex, margo, atq; palubes, Et pumex, pulvis: sunt & muliebria Vati.

SCHOLION.

Obex, obicis, żawada / imbrex, żłobkowata dachowka / palumbes, grzywacz / specus, jama / jaskinia / interdum etiam neutrum est. Pumex, pachaty kamien / margo, marginis, brzeg.

Præceptum XV. Nomina foeminina, raro masculina.

Est muliebris. onyx, volucris, stirps, talpa, cupido, Dama, penus, linter, grus, lynx, & clunis, & ales.

SCHOLION.

Onyx gemmæ genus, żabi kamien / alabaster / stirps, cum de plantis dicitur, ptonka / cupido, pro cupiditate, (nam pro Deo semper est masculinum,) penus secundæ declinationis, & penus penus quartæ, epizarnia / grus, żoraw, lynx, ostrowidz / clunis, żadec / ales, ptaszek; penus penoris, tertiæ neutrum est. Animans quoque tum foeminini, tum neutrius, raro masculini.

Præceptum XVI. de genere Epicæno.

Articulò sextum, quæ complectuntur utrumque Unò,

Unô Epicæna vocant Graji, promiscua nostri.

Hic lepus, hæc vulpes seu mas, seu femina poscunt.

SCHOLION.

Promiscua sive Epicæna sunt, nomina animalium, quæ uno articulo, & una terminatione, marem ac sæminam significant: ut hic lepus, *zajac*/ elephas, *ston*/ piscis, *tyba*/ mus, *myß*/ corvus, *truf*/ passer, *wrobel*/ anser, *gas*/ pavo, *paw*/ turdus, *kwiczot*/ & alia, quæ masculino genere, tum marem, tum sæminam, significant. Vulpes autem, *liszka*/ aquila, *uzet*/ testudo, *zotw*/ tigris *zwietz*/ wielcé *prarki*/ anas, *paczka*/ hirundo, *jastotka*/ perdix, *Europatwa*/ & alia multa, genere sæminino etiam marem significant. Quodsi quando distingvendi sunt mares à sæminis: licebit appositum adhibere: ut, *Columella lib: 8. cap: 25.* pavonem masculum, & pavonem sæminam dixit. *Plin lib: 3. c. 7.* anates masculas. *Plautus Stichus*, elephantem gravidam dixit. *Plin: lib. 10. c. 65.* Mures prægnantes repertas ibidem cum dixisset: supra cuncta est murium sætus; dein ex una (gen: sæm:) genitos centum viginti, dicere non dubitavit: quanquam eodem *lib: 10. c. 19.* aliter locutus est: Corvi pariunt cum plurimum quinos: ore eos parere vulgus arbitratur; eos, (dixit,) de corvis sæminis.

ADMONITIO.

Si quis plura de generibus Nominum cupiat, consulat Commentarios. Hæc tyronibus fatis monstrata videri possunt.

LIBRI

LIBRI PRIMI
 PARS POSTERIOR
 DE NOMINUM

Declinatione.

P. S. O. I. C.

CAPUT XIV.

Nomina Composita fere instar simplicium declinantur: ut, *Viri, viri: Triumvir, triumviri. Prudens, prudentis, Imprudens, imprudentis.* At quædam id non servant, ut: *Ex sanguis, exsanguis, non exsanguinis, ut sanguis: Vulpes, vulpis, non vulpedis: Capricornus, i, Centimanus, i.*

2. In compositis rectus tantum casus declinatur, ut: *Tribunus plebis, Tribunus plebis, Tribunus plebis, Tribunus plebis, &c.* Huc spectant: *Senatusconsultum, Jurisperitus, Paterfamilias,* atque alia ejusdem generis.

3. Si nomen ex duobus rectis copuletur, uterque declinabitur, ut: *Respublica, jusjurandum, Reipublicæ, Rempublicam, jurisjurandi, jurijurando.*

4. Excipitur alteruter, cujus posterior tantum pars declinatur: excepto genitivo singulari, qui utroque modo declinatur, alterutrius, & alteriusutrius: quanquam alterutrius, videtur usitatus.

5. Nomina neutra tres casus habent similes: nominandi, accusandi, & vocandi, qui numero mul-

multitudinis A literâ, terminantur: præter ambo & duo.

6. Vocativus singularis quartæ & quintæ declinationis, similis est nominativo: Sensus, ò sensus! Dies, ò dies!

7. Nominativus & vocativus multitudinis, similes sunt: Musæ, ò musæ, virtutes ò virtutes.

8. Dativus & Ablativus numeri pluralis similes sunt: Musis, à Musis, virtutibus, à virtutibus.

PRIMA DECLINATIO.

Primæ declinationis nomina in A, As, Es, exeunt.

2. Quæ A literâ terminantur, tum Græca, tum Latina sunt: ut, *Maja, Ægina, familia, victoria.*

3. Quæ in As & Es syllabas exeunt, Græca tantum sunt: ut, *Æneas, Anchises,* & declinantur hæc modo.

4. Nominativo *Æneas*, Genitivo *Æneæ*, Dativo *Æneæ*, Accusativo *Æneam*, vel *Ænean*, Vocativo ò *Ænea*, Ablativo ab *Æneæ*.

5. Nominativo *Anchises*, Genitivo *Anchise*, Dativo *Anchise*, Accusativo *Anchiseu*, Vocativo ò *Anchise*, Ablativo ab *Anchise*.

6. Numero multitudinis omninò cum latinis nominibus primi ordinis consentiunt.

APPENDIX.

Priscis temporibus genitivus singularis, Latinis etiam, in As syllabam terminabatur: ergo etiam

NUNC

nunc dicitur *Paterfamilias, Filiusfamilias.*

2. *Aulai, piētai, & his similes interrogandi casus interdum apud Pœtas leguntur, pro aulæ, piētæ. Virg: lib. 9. Dives equum, dives piētai, vestis & auri.*

3. *A Maja Ægina, & aliis hujusmodi Græcis nominibus fœmininis, Accusativus per Ansyllabam aliquando apud Pœtas exit: ut Majan, Æginan.*

4. Vocativus similis est Nominativo: *ô Musa, ô Maja.*

5. Græca S literam deponunt: *ô Ænea, ô Anchise, ô Borea.*

6. Dativus multitudinis Is syllabâ finitur: præter *Deabus, ambabus, & duabus, & nonnulla alia ejusdem exitûs, quæ etiam à viris doctis sexûs discernendi gratiâ usurpantur: ut, filiabus, libertabus, animabus, servabus, equabus.*

Nomina E literâ finita, secundæ declinationis Græcorum, sic declinantur.

Nominativo *Musice*, Genitivo *Musices*, Dativo *Musice*, Accusativo *Musicen*, Vocativo *ô Musice*, Ablativo *à Musice*. Numero plurali, latinam declinationem sequuntur.

Ad hunc modum declinantur: *Mastice, Grammaticæ, Rhetoricæ, Dialecticæ, Libyæ*, quorum, si ultima vocalis in A literam mutetur: latine decli-

declinantur: ut, *Grammatica, Grammaticæ, &c.*

SECUNDA DECLINATIO.

Latina Nomina secundæ declinationis, in syllabas, ER, IR, UR, US, UM, exeunt: ut *faber, vir, satur, populus, præmium.*

2. Græca in Os, On, Eus: ut, *Delos, Androgeos, Pelion, Tydeus.*

3. Genitivus ferè æqualis est Nominativo syllabarum numero: ut, *populus, populis; præter Iber, Iberi, Celtiber, Celtiberi, Armiger, Armigeri, Signifer, Signiferi Liber, Liberi, Vir, Viri, Trevir, Treviri, seu potiùs Triumvir, Triumviri, Satur, Saturi, & nonnulla alia.*

APPENDIX.

Pœtæ aliquando alterum i omittunt. Virg: Eccl: Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

4. Androgeos non solum Androgei, sed etiam Androgeo, more Attico habet in Genitivo. Idem *Æn: 6. in foribus letbum Androgeo.*

5. Accusativus à Græcis in Os, S literam mutat in N: ut *Arctos, Arcton, Abydos, Abydon, Delos, Delon, Menelaos, Menelaon, Athos, Athon, vel Atho, more Attico.*

6. Vocativus similis est Nominativo: ò *Vir.*

EXCEPTIONES,

1. Nomina Us syllabâ finitâ mutant Us in E: ut, *Populus. ò popule, Fluvius, ò fluvie, Tabellarius, ò tabellarie. Excipiuntur DEUS, quod simili-*

similiter exit in Vocativo, ò DEUS.

2. Item filius, & nomina propria in Ius, quæ Us deponunt: ò fili, ò Antoni, ò Pompei.

APPENDIX.

1. Græca, quæ in Eus, Ous, hoc est Us diphthongum exeunt, deponunt S. in Vocativo, ut: Tydeus, ò Tydeu, Panthus, ò Panthu.

2. Græca Eus syllabâ finita, in Gentivo habent etiam Eos, & in Accusativo Ea, maxime apud Pœtas, sed tunc ad tertiam declinationem spectant: ut Tydeus, Tydeos, Tydea: Tercos, Tereca.

3. Vocativus Græcorum nominum, quæ os in us mutant, etiam in E, literam exit: ut, Timotheus, Pamphilus, Timothee, Pamphile, Antheus, Thymbræus, Anthee, Thymbræe, Ptolomæus, Ptolomæe.

4. Latini interdum, vel Euphoniæ causâ, vel Atticos imitantes, vocativum faciunt similem nominativo: ò populus, ò fluvius, ò meus. Liv: Lib: 1. ab Urb: *Audi tu Populus Albanus.* Virg: Æneid: 6. *Projice tela manu! sanguis meus,* Item Æneid: 8. *Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum, adsis ò tandem.*

5. Nominativus multitudinis, I, literâ terminatur, ut: *captivi, liberi.* Priscis temporibus eî diphthongò terminabatur: ut, *Captivei.*

6. Dativus pluralis Is syllabâ finitur: ut, *Captivis, Deis, vel dits,*

SCHOLION.

Dii

Dii & diis dicitur potius numero multitudinis, quam Dei & Deis.

Di & dis, pro dii & diis utuntur Poëta frequenter.

TERTIA DECLINATIO.

ET si tertiæ declinationis quàm plurimæ sint positiones: Genitivus tamen in Is syllabam exit: qui nominativo modo est æqualis numero syllabarum: ut, *Navis, Navis*: modo unâ syllabâ longior: ut *turbo, turbinis: unedo, unedonis*: modo duabûs: ut, *iter itineris: biceps, bisipitis: supellex, supelletilis.*

A finita.

Nomina tertiæ declinationis, A finita, genitivum in atis habent: ut, *Dogma atis: Pœma, atis.*

E finita.

Neutra in E, mutant ipsum E, genitivô in Is: ut, *Omne, omnis; cubile, cubilis.*

Y finita.

In ypsilon finita, (quæ omnia Latini à Græcis mutuuntur,) in genitivo yos Græcum retinent; ut *Moly, Moleos.*

O finita.

Macedo, Macedonis: Anio, Anienis: Nerio, Nerienis.

N finita.

Babylon, Babylonis: Palæmon, Palæmonis: Xenophon, Xenophontis.

R finita.

Lat,

Lar, laris: Hepar, Hepatis: Acer, Aceris: Mulci-
ber, mulciberis: Jecur, Jecoris, vel Jecinoris.

As finita.

Calchas, Calchantis: hic Pallas Pallantis: hæc
Pallas, Palladis.

Es finita.

Chremes, Chremetis, vel Chremis: Laches, La-
chetis, vel Lachis.

Is finita.

Simois, Simoentis: Pyrois, Pyroentis: Charybdis,
Charybdis: Paris, Paridis.

Os finita.

Rhinoceros, Rhinocerotis: Tres, Trois: Minos,
Minois: Heros, Herois.

Us finita.

Melampus, Melampodis: Opus, Opuntis. Amat-
thus, Amanthuntis.

Ys finita.

Capys, Capyis: Cotys, Cotyis: Chlamys, Chla-
mydis.

Ns finita.

Lens, lendis: lens, lentis: Frons, frondis: frons,
frontis.

Ps finita.

Auceps, Aucupis: Anceps, Ancipitis: Gryphs,
Gryphis: Stirps, Stirpis.

Rs finita.

Lars, Lartis: Rex *Vejentium*, Concors, concordis.

X finita.

Astynax, Astynactis: Arx, arcis: Merx, mer-
cis:

O

cis: Vervex, vervecis. Lynx, lyncis.

Genitivus Græcus in Os & Us.

GRÆCÛ genitivû, Os syllabâ finitû, interdum utuntur Latini: ut *Metamorphosis, Metamorphoseos; Decapolis, Decapoleos; Tanis, Taneus; Tetbys, Tetbydos; Erymanthis, Erymanthisdos. At Manto, Plisto, AleËto, Calypso, & cætera id genus græca, fere us faciunt Genitivos ut Mantûs, Calypsûs.*

ACCUSATIVUS.

Accusativus in Em exit, ut *Sermonem.*

EXCEPTIONES.

1. *Buris, cucumis, pelvis, ravis, securis, fitis, tussis, vis,* in Im exeunt.

2. *Febris, cannabis, clavis, navis, puppis, restis, turris,* in Em, interdum etiam in Im terminantur.

Accusativus Græcus.

GRÆCUS Accusativus in A exit: ut *HeËtorâ, Calcbantâ, æcra, æbera.*

EXCEPTIONES.

1. Græca O literâ finita, habent Accusativum similem Nominativo: ut *Mantô, Calypsô, AleËtô, Dido, Sapbô, Ecbo.*

2. Græca Is syllabâ finita, quæ apud Latinos Genitivum habent similem Nominativo, hoc est, quorum Genitivus apud Græcos in Os exit, nulla præcedente consonante, Accusativo faciunt In græcè, vel Im latinè: ut *Charybdis, Charybdin; vel Charybaim.*

3. Ys finita frequentius in yn, quàm in ym
 exeunt: ut Tethys, Tethyn, Cotys, Cotyn, Ha-
 lys, Halyn, & Halym.

4. Quæ verò Genitivo crescunt, neque accentu
 habent in ultima, in In, vel Im, vel Em, exeunt:
 ut Paris, Paridis, Parin, vel Parim, vel Paridem;
 Iris, Iridis, Irin, vel Irim, vel Iridem. Isis, Isidis,
 Isin, vel Isim, vel Isidem: quæ etiam in A apud
 Græcos exeunt: ut Parida, &c.

VOCATIVUS.

Vocativus similis est Nominativo: ô Serfio,
 hæc Pallas, ô Pallas, ô Socrates, ô Chremes,
 ô Achilles, ô Heros, ô chlamys. Nam ô Socra-
 te, ô Chreme, ô Achilles, ô Ulysse, ad primam
 spectant.

EXCEPTIONES.

1. Græca, quæ in Ys exeunt, neque habent
 accentum in ultima, apud Græcos deponunt S.
 Nominativi: ô Meri, Iri, Pari, Tethy. Et apud
 Poetas sæminina in Is, quorum Genitivus exit in
 dis, quamvis accentum habent in ultima: ô Ama-
 rylli, Tyndati, Oebali.

2. Item propria in As, quorum Genitivus exit
 in antis, apud eisdem Poetas deponunt S: ô Pala-
 la, ô Calcha.

3. Præterea, quæ ante S habent diphtongum,
 ferè S literam abijciunt: ut Simois, Tydeus, Me-
 lampus: ô Simoi, Tydeu, Melampus.

4. Quæ omnia apud Atticos Vocativum ha-
 bent similem nominativo: ô Paris, Calchas, Si-
 mois,

O

mois,

mois, Melampus. Quos interdum imitantur Latini.

ABLATIVUS.

Ablativus exit in E: *Rege, teste, duce, hospite, paupere, pubere, sospite.*

EXCEPTIONES.

1. Nomina, quorum Accusativus exit in In & Im simul, aut in Im tantum: Neutra in Al, Ar, E: Nomina Mensium: Adjectivum, cujus neutrum E litera terminatur, I postulant: ut: *Uboribdi, siti, animalis, calcari, montis, Septem'ri, brevis.*

2. Quibus accedunt, *Pluri, strigili, canali, memori.*

3. *Far, nectar, hepar, jubar,* E contenta sunt. Item: *Gausape, Soracte, Praeneste, Reate,* & cætera locorum propria hujus positionis: si tamen huc spectant; sunt enim pleraque declinationis expertia.

4. I, vel E, admittunt cætera adjectiva & substantiva quorum accusativus in Em & Im desinit, sed elegantius efferuntur per I. ut: *Felici, ingenti, navi.*

5. Quibus addes: *Annis, ignis, supellex, vedis, At sospes & Pauper,* E tantum contenta sunt.

APPENDIX.

1. Appellativa Adjectivis similia, leges Adjectivorum serme sequuntur, ut: *familiaris, annalis, bipennis, triremis, affinis; a familiari, annali, &c. Tridens, a Tridente, vel tridenti.*

2. *Volucris* tamen & *rudis, volucra, rude,* faciunt.

3. *Sin verò propria sint: E tantum postulant: ut Martialis, Juvenalis, a Martiale, Juvenale.*

4. Pleraque Adjectiva, quæ in literas NS exeunt, ferè E contenta sunt: ut prudens, imprudens, à prudente imprudente.

5. Participia in E exeunt: ut absente, præsentē, audiente. Cic: in Ver: Act: 3. Illa Deos hominesque implorante, iste infanti pupilla fortunas patrias ademit. Plin. lib: 3. cap: 1. Bætica à flumine, eam mediam secante, cognominatur, cunctas Provinciæ diviti cultu, & quodam fertili, ac peculiari nitore præcedit. Interdum etiam in I: sed tunc ferè in nomina transeunt.

6. Triremis verò, Sodalis, tridens edilis, bipennis, natalis, patruelis, frequentius in i exeunt: à triremi. &c.

7. Comparativa nomina multò usitatius in E literam, quàm in I exeunt: ut: Superiore, faciliore, uberiore.

CASUS MULTITUDINIS.

Nominativus pluralis exit in Es: ut: Sermones, Delphines, Tròes.

GENITIVUS PLURALIS.

Genitivus multitudinis in Um syllabam exit: ut: Juvenum, canum, valum, majorum, minorum.

Eodem modò cætera Comparativa.

EXCEPTIONES.

1. In Ium exeunt, quæcunque literis NS finiuntur: ut Serpentium, nocentium, prudentium,

2. Item S literâ terminata, quæ Genitivò non

crescunt: ut collis, collium, clades, cladium: & quorum ablativus in I tantum, aut in E & I exit: ut Diœcesium, Syrium, animalium, plurium, navium, felicitium, victricium, parium.

3. Quibus adde, Samnitium, lintrium, cohortium, utrium, ventrium, fornacium, carnum.

4. Ad hæc monosyllaba, quæ in duas consonantes exeunt: ut: trabs, seps, pars, arx, merx: trahium, sepium, partium, arcium, &c.

5. Quibus accedunt, as, assis, lis, glis, mus, nix, nox, os, ossis, fauces faucium: & si quæ alia sunt à viris doctis usurpata.

6. Hinc rursus excipiuntur: parens, degener, inops, memor, supplex, vetus, uber, linx, & alia, quorum genitivus exit in Um: parentum, degenerum, inopum, &c. quæ progrediente tempore, rerum omnium magister usus, te sine fastidio docebit.

Genitivus Græcus.

Genitivus Græcus exit in On, per O magnum: ut *Epigrammaton, beresedon*,

Dativus Pluralis.

Dativus in ibus exit; ut *sermonibus*. Bos tamen bobus, aut hubus facit.

Græca à neutris in A, in Is syllabam frequentius exeunt: ut, *peripetasmatis, emblematis, poematis, & poematibus, diplomatis & diplomatis*.

Accusativus Pluralis.

Accusativus multitudinis in Es syllabam exit;

ut

ut sermones; exit in Is vel Eis, cum Genitivus certorum nominum desinit in ium: ut: *omnis, urbis, vel omneis, urbeis*: uter alteri sit præferendus, judicabunt aures.

Casus plurales Neutorum.

Casus plurales nominandi, accusandi & vocandi neutrius generis, in A desinunt, si ablativus in E tantum exit, ut *tempora*: sin vero I tantum, aut E & I simul terminatur, tunc in IA, desinunt: ut *ve Eligalia, ingentia*.

2. Præter comparativa, & vetus veteris, quæ in A exeunt: ut: *Majora, plura, vetera*.

3. Aplustre, Aplustria & Aplustra facit.

Græcus Accusativus.

Accusativus Græcus in As desinit: ut: *Delphinas, Troas, Crateras, Arcadas, Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion*.

QUARTA DECLINATIO.

Genitivus singularis quartæ declinationis exit in us syllabam: ut *Senatus, anis*.

Prisci *Senatus, anis*, dicebant: apud quos etiam I litera hic casus terminabatur: ut: *ornati, tumulti*. Quare Terent: more prisco: *ejus anis causâ dixit, & nihil ornati, nihil tumulti*.

Dativus in Ui exit, ut *Senatui, anui*; Priscis sæculis etiam in U exhibat. Quare Virg: *Æneid: 1. Parce metu Cytbera*.

Dativus multitudinis in ibus exit: ut: *Sensibus*.

EXCEPTIO.

Arcus, artus, lacus, partus, specus, tribus, in ubus

O4

exeunt

excunt: arcubus, specubus, tribubus; Portus in
ibus & ubus. Qu stubus à queror, multò usitati-
us est, quàm Questubus. Verubus à veru melius
legi videtur, quàm veribus.

QUINTA DECLINATIO.

CAsus interrogandi singularis quintæ declina-
tionis, in Ei per literas divisas exit: ut: *Dies*
APPENDIX.

1. Apud veteres in es, sive E, exibat: Unde
Virgil: *Geor: 2. Libra aies somnique pares ubi
fecerit horas. Et Ovid: Metam: 3. Prima fide
vocisque rata tentamina sumpsit.*

2. Exit & in duplex ii. Virg: lib: 1. *Æncid:
Munera letitiamque dii.*

3. Casus interrogandi, dandi, sextusque multitu-
dinis, præter *rerum, rebus, dierum, diebus*, inu-
sitati sunt. Cicero non est ausus *specierum, speci-
ebus* dicere: non tamen negat posse latine dici.

SYNCOPE.

OMnium ferme Declinationum interrogandi
casus multitudinis interdum, maxime à Pœtis,
imminutus; quam imminutionem Græci Syn-
copen vocant.

PRIMÆ.

Cœlicolùm, Æneadùm, Ausonidùm, Trojuge-
nùm, &c. pro Cœlicolarum, Æneadarum, &c.
SECUNDÆ.

Liberùm, nummùm, testertiùm, fabrùm, De-
ùm, &c. pro liberorum, nummorum, &c.

TER-

TERTIÆ.

Cladûm, cædûm, veprûm, cælestûm, agrestûm, potentiûm, furentûm, Macedûm: pro cladiûm, cædiûm, veprium, cælestium, agrestium, potentiûm, furentium, Macedonum quæ & alia ejusdem generis, non facile apud Oratores reperiuntur.

APPENDIX.

1. *Genitivus imminutus, à nominibus substantivis As syllaba finitis, usitator est, quàm plenus; ut: civitatum, quàm civitatum: anatum, quàm anatum.*

2. *Quidam genitivi tum pleni, tum imminuti, sunt usitati etiam apud Oratores; ut: apium & apum: serpentium, & serpentum: Quiritium, & Quiritum: Optimatum, & Optimatum: Locupletium, & Locupletum.*

QUARTÆ.

Currûm, Passûm, pro Curruum, passuum.

ANOMALA, SIVE INÆQUALIA.

ANomala sive inæqualia vocantur, quæ aut numero, aut genere, aut declinatione, aut casu, aut aliquo aliò attributò carent.

Numero inæqualia.

Quædam singulari numero tantum declinantur: ut *nemo, Pontus, lutum, & pleraque eorum, quæ metimur, aut ponderamus. ut, triticum, oleum, aurum, ferrum.*

2. *Quædam pluralem solum: ut: cani, siwizna canorum: Penates, Penatum, Castra, Kalendæ.*

Genere

Genere inæqualia.

Quædam singulari numero sunt masculina, plurali neutra: ut: *Sibilus, sibila, Pŷŷtanies Balteus, Baltea, Pas Rycerſti*. Quædam singulari ſœminina, plurali neutra: ut: *Carbaſus, carbafa. plotno Siſpanſie*.

Quædam singulari neutra, plurali masculina: ut: *Argos, argi, argorum*.

Declinatione inæqualia.

Vas vasis, singulari numero tertiæ declinationis, plurali ſecundæ: ut: *vaſa, vaſorum, vaſis. Jugerum, jugeri, morgi ſtaje* contra, numero singulari ſecundi eſt ordinis, plurali tertii. *Jugera, jugerum, jugeribus*: Interdum & *jugervis*, genitivô ſingulari, & *jugere*, ablativô legitur.

CASU INÆQUALIA.

Quædam non declinantur in casus: ut *frugi, dobtŷ, nihil, niŷezemny* pondo, funt: quod numerum pluralem tantum habet, cum libram ſignificat: Item quatuor, quinque, & uſque ad centum, quæ optota, ſive monoptota appellantur.

APPENDIX.

1. Quædam vocativo carent: cuiuſmodi ſunt *Interrogativa*; ut: *Quis? Qualis?* *Relativa*: ut: *Qui, quæ, quod*. *Negativa*, ut *Nemo, nullus*. *Partitiva pleraque*, ut: *Quidam, ullus, alius*. *Pronomina etiam*: *præter, Tu, meus noſter, noſtras, ſerme vocandi caſu deſtituuntur*.

2.

2. *Quædam nominandi, inter rogandi & accusandi casum tantum habent: ut tantundem, tantidem.*

3. *Quædam Nominativum tantum & Vocativum: ut Jupiter, expes.*

Quædam obliquos tantum: ut Jovis, Jovi, Jovem, à Jove.

5. *Quædam tres solum obliquos ut: Opes, opem, ab ope,*

6. *Quædam duos: ut, repetundarum, ab his repetundis.*

7. *Quædam unum; ut inficias, sponte, natu,*

DE VERBORUM PRÆTERITIS, ET SUPINIS,

CAPUT XV,

P. I. O. I. C.

Compositum simplexque, modo variantur eodem.

Quodsi præteriti geminetur syllaba prima

Simplicium: perdunt penitus composita priorem:

Ut cecidi, recidi: retinent præcurro, repungo,

Quæque sibi gignunt, sto, do, cum poscere, disco.

Præteritis quæcunque carent, spoliato supinis:

Ut ferio, vergo, medeor, reminiscor, & hisco,

SCHOLION.

Simplex, & ipsius compositum, (quod modo natum, modo pignus appellamus,) conjugantur eodem modo: ut: emo, supuj; sic redimo, odusupuj; perimo, sabijam; undo wylexam/ optyxam/ sic

sic redundo, obfityje/ secundo roficyeáciam/ exundo, zalewan. Excipiuntur nonnulla, quæ suis locis explicabuntur. Quando Præteritum simplicis geminat syllabam primam: ut: cado, upadam/ cecidi: Composita secundam tantum retinent: ut: concido, spadam/ concidi: comperio, doznam/ comperi; reperio, znyduje/ reperi: respondeo, odpowiadam/ respondi. Præteritum præcurro, ubiegam/ & repungo, znowu kolejodkalam: & composita verborum: sto, stoję/ do, daje/ posco, zadam/ disco, ucze sie/ quæ geminant, sicut Primigenia: Præcucurri, quod etiam præcurri habet, repupugi, astiti, addidi, depoposci, edidici. Videndum est autem, ne nos fallant quædam, quæ composita à do, falso videntur: secundo, inundo, abundo, redundo, & alia composita ex undo. Quotiescunque positò verbò aliquò, in carmine non apponitur ejus Præteritum aut Supinum: scito referri ad regulam generalem proximè positam: ut: neco, zabięam/ necavi, necatum, docco, ucze/ docui, fingo, lepis/ zmyślam/ finxi, &c.

PRIMA CONJUGATIO.

*Præteritis avi dat prima, atumque supinis,
 Ut neco; compositum necui, necitumque reponit.
 Dat cubo præteritum per ui itumque supinum;
 A cubo compositum, quod in umbo est, tertia fle-
 Etit.
 Utque cubo, pulsò m, cubui, cubitumque reponit.*
 At

At mico dat micui solùm: avi dimicat atum;
 Datque plico, plicui plicitum: cum præpositura
 Poscit ui, per itum, vel in avi, sumet & atum.
 Supplico demetur, genitumque ex nomine solùm;
 Multiplico veluti, quod in avi mittit & atum.
 Dat fricui, frictum: sesui, sectumque secare.
 Vult dedit atque datum do, das, & pignora prima.
 Sed didit atque ditum, quoties id tertio flectit.

SCHOLION.

VERBA primæ Conjugationis habent in præterito avi, in supino, atum: ut: neco, necavi, necatum: cujus composita faciunt necui, necum: ut: eneco, zamordzvam/ enecui, enectum. Cubo, leżę/ cum compositis tum primæ, ut: recubo, odpoęzvam/ accubo, podle leżę/ siedzę; tum tertiæ: ut: recumbo, siedzę/ leżę/ incumbo, nalegam/ habet, cubui, cubitum. Mico, lónę sęę/ migam/ micas, cum compositis enico, wybtyskam/ intermico, w postzodku btyskam/ promico, zdaleka btyskam/ micui habent sine supino. Dimico solùm dimicavi, dimicatum. Composita à verbo plico cum præpositura, id est, præpositione, vel sequuntur simplex, vel faciunt avi, atum: ut: plico, matęczę/ fatduję/ stładam/ implico, wtręcam/ zattudnię/ implicui, implicitum: & implicavi, implicatum: sic explico, wyłtadam/ applico, przęłtadam/ & alia. Excipiuntur supplico, połotnie proęę/ & composita ex nomine, ut: duplico, dwoję/ triplico, troję/ multiplico, rozmnażę/ quæ solùm habent avi, atum. Fripę, drępis/ cui, stum, cum compositis

positis refrico, &c. *Juven:* Si prurit frictus ocelli angulus. *Plin in Proem:* Perfricui faciem, nec tamen profeci. Participia tamen reperiuntur interdum in atus. *Cic: Att: lib: 12.* Quæ res forsitati sit refricatura vulnus meum. *Do, dajsi, das, cum compositis primæ, venundo, przedajsi circum-*
do, okrajam/ satisko, raczi/ pessundo depcei, podesi
prac/ dedi, datum: quæ verò pertinent ad tertiam,
didi, ditum: ut. reddo oddajsi/ indo, wkladam/
dajsi/ condo, chowam/ prodo, wydajsi.

Dant ui itumque, crepoque, sonqu-, domo, ue, vetoq;
Cum tono: sed lavi, lotum, lautum atque lavatum,
Cujus compositum, ceu proluo, tertia poscit.

A potio, vel potatum, vel flectito potum.

Sto Verbum steti amat, statum; stitit inde profectum,

Exigit, atque stitum, sed multò sepius atum.

Nulla supina creant juvo, juvi: ast adjuvo poscit
Adjuvi adjutum: juvo suscipit inde supinum.

SCHOLION.

CRepo, stzypis/ pukam sie/ sono, brzmis/ tono,
 grzmis/ domo, usmierzam/ veto, zakazujs/ bro-
 nis/ faciunt ui, itum: crepo, crepui, crepitum.
 Lavo, myjs/ as, fuit etiam tertiæ; quare omnia
 ejus composita ad eam pertinent: abluo, umys-
 wam/ proluo, pomywam/ polewam/ xc. Composita
 verbi sto, stojesi/ adsto, stojesi przy kim, consto, stas
 secznie stojesi/ exsto, jestem/ præsto, czyniesi/ adstitis
 exstiti, præstiti: supino vero frequentius atum, sal-
 tem in Participiis in rus, ut præstatum, & præstas-
 tutus,

turus, constat, & constaturus. Plin: lib: 8. cap: 2.
Constaturus minimo impendio fructus. Juvo, pos-
 magam/ tacujs/ juvi, caret supinô: sed Adjuvo,
 wspomagam/ habet adjutum.

SECUNDA CONJUGATIO.

Præteritum per ui dat, itumque supina reponit
Ritè secunda: velut moneo, monui, monitumque.
Dat doceo, doctum: à teneo deducito tentum.
Censeo amat censum: donabit misceo mistum.
Sorbeo cum sociis tantum sibi sorbuit optat.
Neutrum quod dat ui, timeoque, carento supinis:
Ut madeo, studeo, rubeo: vult torreo tostum.
Præbeo itum, valeo, placeo, careoque, licetque,
Pareoque, & doleo, caleo, jaceoque, nocetque.
Di, sum, prandeo, habet video: sedeo tamen effert
S. geminô sessum: stridi dat strideo solum.
Mordeo præteriti geminatur prima, momordi,
Morsum: flectuntur sic spondeo, pendeo, tondeo.

SCHOLION.

Verba secundæ Conjugationis faciunt præte-
 ritum ui, supino itum: ut taceo, milcjs/ tacui,
 tacitum; hujus verbi composita: conticeo, zamils-
 kam/ reticeo, rajs/ carent supinô. Arceo vero, bro-
 nis/ hamujs/ arcui, caret supinô: at composita ejus
 habent, ut, exerceo, cwicjs/ exercui, exercitum:
 còerceo powsciogam/ ꝛc. prandeo, obiadujs/ pran-
 di, pransum; video, widjs/ vidi, visum; sedeo sieo
 djs/ sedi, sessum. Mordeo, fosam/ spondeo, racjs/
 pendeo, wijs/ tondeo, strzys/ geminant primam
 præ-

præteriti: momordi, sponondi, &c Sorpsi à Sorbeo, factam; negant Grammatici dici posse; quod si sit à sorbo, tertiæ est. Lucanus tamen usurpavit ab-sorpsi, neque est imitandus. Supina Verborum Va-leo, idroem; careo, niemam; parco, jestem pos-susny; dolco, bolejs; caleo, ciepto mi; jaceo, lejs; vix fortasse tunc in usu: indè tamen formata Par-ticipia: Valiturus, &c. usurpantur.

*Præteritum finita veo, vi, tumque supinum
Formant; ut: moveo: à caveo deducito cautum.
A faveo fautum: sed ferveo, ferbuit optat.
Flaveo nil, paveo, conniveo, liveo, piscunt.
Si sum dat maneo: verum hinc orta eminet, atq;
Prominet, imminet q; volunt minui, absq; supino,
Hæreo, cum svadet, mulcetq; & mulget & ardet,
Tergetque & ridet, si sum; sed torquero, tortum.
Vult jussi jussum, jubeo; est indulgeo, si, tum:
Urgeo si tantum: sic fulgeo, turget, & alget.
Lugeo, xi solùm, cum luceo, frigeo possit;
Augeo præteritò facit auxi, auctumque supinò*

SCHOLION.

VERBA *veo* terminata, faciunt præteritò *vi*,
supinò *tum* ut *moveo*, *rusam*; & *rusam* sicut
movi, *motum*, *ferveo*, *wti*; *ferbui* potius, quàm
fervi; *flaveo*, *ptowiejs*; cum reliquis, raro habent
Præteritum, idque fere apud Priscos. Nam *conni-*
veo, *przez spacy partze*; *przeглядam*; *connivi* & *con-*
nixi olim habuit. *Expavi* ab *expavesco* est, *iskam*
sis, *Manco*, *mieskam*; & ejus Composita: ut *re-*
manco,

maneo, quæ non mutant A, mansi, mansum: at
 quæ mutant A, in I, emico, promico, præ-
 chodze/ eminui, prominui, &c. sine supino. Hæ-
 reo, wiænz/ præylegam/ hæsi, hæsum: svadeo, tadze/
 svasi, svasum: mulgeo, doje/ & mulceo, glafæze/
 mulsi, mulsum. ardeo, gote/ arsi, arsum, tergeo,
 ocieram/ terfi, tersum, rideo, smrejs sis/ risi, risum,
 torqueo tæce/ torfi, tortum, & torsum, jubeo,
 rofæzujæ/ geminat S, utrobique. Indulgeo, præpue-
 fæzam/ indulsi, indultum; urgeo, præynaglam/ ur-
 si, absque supino; & sex, quæ sequuntur. Fulgeo,
 lónie sis/ fulsi, turdeo nadymam sis/ tursi, algeo, zis-
 mno mi/ alsi, luceo, swieca/ & lugeo, placze/ luxi,
 frigeo, zisæbnæ/ frixi, licet, podoba sis/ licet. godzi sis/
 piget, ociogam sis/ pudet, wstyð mi/ placet, podos-
 ba sis/ duplex præteritum habent, libuit, & li-
 bitum est; piguit, pigitum est, puduit, & pudi-
 tum est; placuit, & placitum est; at miseret,
 žal mi/ misertum est; tædet, tæstno mi/ vel pertæ-
 det, pertæsum est.

*A cio civi, atque citum venit: at cio quarta est,
 Deleo & orta pleo, ut repleo, neo in evit &
 etum.*

*Ast oleo per ui, dat itum; compôsta sequuntur
 Quæ redolent Patrem: reliqua evi, etumque
 requirunt.*

*Fert abolevit itum, sed vult adolevit adultum,
 Audeo vult ausus, gavisus gaudeo poscit,
 Et solitus, soleo, soluique aliquando recepit.*

Præteritis aveo, mæret, polletque carebunt.

F

SCHO.

SCHOLION:

Cleo, quod significat moveo, habet in præterito civi, in Supino citum, penultima brevis: sic concio, poruſſam/ poduſſzam/ concivi, concitum: excio, wzuſſam. Nam accio, woſam/ excio, ſunt à cio quartæ Conjugationis, quod ſignificat voco. Deleo, majſ/ fleo, placze/ neo, przede, evi, etum, Oleo, pachne/ & cachne/ olui olitum: eandem rationem ſequuntur composita, quæ redolent, id eſt, quæ retinent patris, vel ſimplicis ſignificationem, ut oholco, pachne/ obolui, obolitum, ſic redoleo, pachne/ ſuboleo, wonnoſc/ jaſo wydarzam. Cætera, quæ recedunt à ſignificatione ſimplicis oleo, ut exoleo, wierrzeje/ obſoleo, niſſczeje/ vel potius exoleſco, evi, etum, gins ſtaroſcio/ ſic inoleo vel inoleſco, wradza ſis co/ inolevi, cujus ſupinum viſ invenies apud bonum auctorem. Aboleo, zniſſczam/ abolevi, abolitum: adoleo ſadzſ/ toſſe/ adolevi, adultum.

TERTIA CONJUGATIO.

Compositum à ſpecio, a latio, exi, ectum: excipe verbum.

Elicio, elicui, elicium; ſapui ſapiive

Dat ſapio ſolum: à feci deducito factum,

A jeci jaectum: fodi S. dat duplici foſſum.

Nil tribuit furo: ſed cupio, ivi, format, & itum

A capio, cepi, captum fugi fugitumque

A fugio: rapio, rapui, dein ducito raptum.

A pario, peperit, partum, ſed dic pariturum.

Compe-

Comperio quartam sociam cum prole sequetur.

Præteritum quatio nescit, sed pignora cussi.

Et cussum faciunt; m. j, m. nxi, indeque miētum.

SCHOLION.

Specio, glaficzę / & lacio, tudzę / verba sunt obsoleta: eorum solum composita sunt in usu: ut conspicio, oglodam / aspicio, poglodam / ꝛc. quæ habent in præterito exi, in supino ectum: ut conspexi, conspectum; allexi, allectum, Sapio, sapi, vel sapivi, imminutum sapii, unde sapisti, Mart: lib: 9. Nubere vis Prisco, non miror, Paula, sapisti. Sapui tamen cæteris, præsertim in compositis videtur usitatus; unde resipui, desipui. Furo, falezę wósciekam się / caret præteritō & supinō; cupio, 3odam / cupivi, cupitum; Pario, rodzę / peperit, partum, habet in participio parturus. Comperio, doznowam / & reperio znayduję / & cætera composita à pario ad quartam conjugationem pertinent. Quatio, tlużę / ttzję / videtur aliquando habuisse quassi, quassum, unde quassæ rares: & quasso, quassas frequentativum: composita sunt concutio, 3bijam / decutio, ortzofam / excutio, wyttzofam / ꝛc. quæ habent cussi, cussum.

Poscit ui, utum, verbum, uo; ut arguo, polluo: verum.

A Ruo dic ruitum; sed utum composita reposcunt.

Dat struo, xi structum, sed fluxi dat fluo fluxum.

Nulla supina luo, batuo, metuoque plæque

Congruo nata nuo, ut renuo, ingruo, respuo poscunt.

Bo finita dabunt bi, (ut glubo,) bitumque supino.
 Quo scabo, lambo carent: dant scribo nuboque
 psi ptum.

Ut cubo sic genitum, quod in umbo est, tertia
 flectit.

SCHOLION.

Verba in uo, habent in præterito ui, supino
 utum: statuo, stanowia/ statui, statutum. Ruo,
 upadam/ facit rui, ruitum: composita rutum: ut,
 obrutum. Nata à nuu, mrugam/ id est, composita
 à verbo nuu inulitato, ut annuo, przysłaje/
 przysłalam/ innuo, sfiwam/ renuo, odmawiam/ &c.
 Luo, cierpis/ batuo, bije/ metuo lełam sie/ boje sie/
 pluo, deficz spuścizam/ kapię/ & reliqua supino ca-
 rent: Desinentia in bo, habent bi, bitum, ut bi-
 bo, pię/ bibi, bibitum. Glubo, tupię/ Scabo, dras
 pię/ scabi: lambo, liję/ lambi, sine supino: scribo,
 pię/ scriptum: nubo, ide za moję/ okrywam/ nu-
 psi, nuptum; ut facit cubo primæ, sic ejus com-
 posita tertiæ: ut decumbo, leję/ decubui, decu-
 bitum.

A duxi, ductum, à dico, deducito dictum.

Vinco, vicit amat victum: dabit icit, & iclum.

Ico: pepercit habet parco, aut parsi, adjice
 parsum,

Sco finita petunt vi, tum, ceu nosco, quiesco.

Agnitus, agnosco, cognosco. cognitus edit.

Pasco dabit pastum: conquexi haud suscipit usus.

Disco petit didici tantum: sic posco, poposci:

Compesco per ut, dispescoque tolle supinum.

Nil

*Nil ea quæ vulgo verba inceptiva vocantur,
Producunt: veluti mitesco, senesco, tepesco.*

Jungitur his hisco, cum glisco debisco, fatisco.

SCHOLION.

DUco, wiodeſi/ duxi, ductum: dico, mowieſi/ dixi,
dictum, vinco, zwyciſzam/ vici, victum, &c.
Finita Sco, faciunt vi, tum: ut conveſco, zwyci-
ejaſi ſieſi/ conſvevi, conſvetum: agnoſco, pozna-
wam/agnovi, agnitum: cognoſco, cognovi, cogni-
tum: paſco, paſſi/pavi, paſtum: conquiniſco, ſchys-
lam ſieſi/ id eſt, caput inclino, jam nihil habet.
Nil ea quæ &c. Verba inceptiva, ſive inchoati-
va dicuntur, quæ formantur à ſecunda perſona,
ſecundæ Conjugationis: ut caleſco, zagrzewam ſieſi/
à caleo, cales, ſive incaleſco: refrigeſco, marzne
znowu/ à frigeo, friges quæ actionem quidem
non incipientem, ſed jam inchoatam ſignificant,
increſcentem tamen, præterito carent, aut id mu-
tuantur à ſuis primigeniis: ut incalui, refrixi.
Quod ſi fiant à nominibus: ut miteſco, ciſejeſi/ ſe-
neſco, ſtarzeje ſieſi/ ſylveſco, leſniejeſi/ ingraveſco,
ciſzejeſi/ herbeſco, zieleſem zarastom/ proſuſ videntur
præterito deſtitui: ſicut & hiſco, ziewam ꝛc. quan-
quam ſeneſco, in compoſitis habet ſenui ſine fu-
pino ab obſoleto, ſeneo ita tepesco, letniejeſi/ inte-
peſco, intepui: tanquam à tepeo, tepui.

A do præteritum ſumit di ſumque ſupinum:

Ut: mando, mandi. Fundo cum ſcindere findo

N, perdunt; geminant S findo, & ſcindo ſupinò:

P3

Fido

Fido tamen filus; pindi vult pandere passum;
 Tundo facit tutudi tunsum, comp'staque tusum.
 Datque cado c-sidi casum; sed cado cecidi
 Et casum: tentum, vel tensum, tendo, tetendi:
 Pendo pependit amat pensum; dat pedo pepedi
 Solum. Di sido tantum fridoque rudoque.
 Dant si sum, ledo claudo, cum divido, ludo.
 Ac rado, trudo, necnon cum plaudere, rado.
 Vado nihil; vasi, v sum composita roposcunt,
 S. geminò cessi cessum, cum pignore cedo.

SCHOLION.

DO syllabā terminata, præteritō di supinō
 sum f-ciunt, ut cudo, fuisse cudi, cufum; scan-
 do, scapam/ mando, zujse/ ꝛc. Sed cavendum est,
 ne composita verbi do nos fallant: ut prodo, wy-
 dawam/ edo, wydaje/ reddo, oddawam/ subdo, pods-
 dawam/ & cætera quæ habent didi, ditum: Fun-
 do, leje/ scindo, tzeje/ straje/ findo, sicze pam/ amit-
 tunt N utrobique, Vado, idse/ non habet præte-
 ritum, composita habent: vasi, vasum: ut evado,
 udhodze/ evasi, evasum, sic invado, nachodze/ Tun-
 do, tufse/ etiam habet tutudi tunsum apud Plin:
 sed composita tudi: tusum: ut contundo, zbijam/
 contusum. Sido, sadowie sie/ sidi, apud Colum:
 & in compositis edi: ut insedi, assedi: sicut Com-
 posita à Sedeo.

Go, vel guo, faciet xi Num: tamen ista supinis
 N tria d-perdunt, stringo cum fingere pingo.
 Tango caput tetigi, tactum; egi, ego poscit &
 actum.

Pango

Pango petit pepigi & pauxi, sed pignora pegi,
Impingo velut impegi, pactumque supinum.

A lego fit legi, lectum: dat frangere, fregi.

Et fractum: puugo pupugi, punctumque reponit:

Compositisque dabis punxi si legeris usquam.

Negligit exi, eelum cum intelligo, diligo poscit.

Spargo facit si, sum pariter cum mergere, tergo.

Figo cum frigo xi, xum: egi prodigo dego

Tantum; xi sugo vult angoque absque supino.

Nil tribues vergo, & satago, quibus ambigo jun-
ges. (elum.

A verbo duc vexi, veelum: traxi a trabo, tra-
SCHOLION.

Verba go, vel gvo terminata, faciunt in præ-
terito xi, supino elum: ut tego nakrywam/ te-
xi teelum: plango, bija pierści/ placze/ narzekam/
planxi, planctum: rego, rządze/ rexi, reelum:
furgo, wstaje/ surrexi, surreelum: extingvo,
gaśe/ extinxi, extinctum. Pango, wścibiam/
bczepie/ zmarwiam śis/ pepigi, vel panxi, pactum,
Composita pegi, pactum: ut impingo, wtrocam/
wbijam/ impegi, impaelum. Compingo, zwiszuje
zc. Pungo, kole/ pcham/ wpycham/ pupugi, facit
punctum; punxi nusquam legi apud bonum Au-
ctorem, nisi in compositis expunxi, expunctum,
&c.

Lo, luit atque litum, sed alo deposcit & altum;

A celo dic cultum: consultum consulo gignit.

Oculoque occultum: falsum dat fallo, fefelli.

Nulla supina volo, cum nolo, nulla refello.

Nulla capit malo cani psallo, cui dato psalli
 Antequae cello carent prae cello, excello supinâ.
 Perculit, & culsum, percello: velloque velli.
 Vulsam: pello capit pepuli, pulsamque supinâ,
 Sustulit, & elatum, tollo, tetuli dedit olim.

SCHOLION.

Verba Lo finita, praeteritô lui, supinô litum:
 ut molo, mielz/ molui, molitum: alo, zywis/
 suczoi/ alui, alitum, & altum. Antequae cello, id
 est, antecello, celujz/ przodkujz/ antecellui, excel-
 lui, sine supinâ. Percello, przestraszam/ przetazam.
 fere habet perculi percultum: vello, rwa/ wyrys-
 zam/ velli, vulsum: nam perculti, & vulsi, in praeter-
 terito rarô admodum usurpantur. Tollo, nosz/ su-
 stuli, sublatum; extollo, wynasam/ extuli, elatum;
 demptâ primâ syllabâ à tetuli praeterito obsoleto.
 Mo per ui dat itum: tremo ponitur absque supinâ.
 At promo, demo, psi, ptum, cum sumere, como:
 Emi, emptum, dat emo: premo, pressi, ss, dupli-
 ce pressum.

Pono facit posui, positum; genui, genitumque
 Dat gigno; cerno crevi compositaque cretum.
 At cano vult cecini cantum: cinui dat & entum.
 Concino cum sociis: stravi, stratumque requirit
 Serno: petit sperno, spreui, spretumque bea-
 tum est.

Prole lino, lini livi, l-v ve, litumque.

Psi, ptum contemno: sino dat sivi situmque.

Po finita ferent psi, ptum, ceu reperere, carpo.

Rumpo dabit rupi, ruptum; strepui strepitemque

Vult

Vult strepo; datque coquo coxi, coctumq; supino;
Liquo sibi liqui tantum, sed pignora licetum.

SCHOLION.

MO syllabâ terminata, in præterito ui habent, in supino itum: ut gemo, wzdycham/ gemui, gemitum: tremo, drzã/ tremui, caret supinõ: promo, wzdajã/ dobywã/ wynosã/ prompsi, promptum: demo, edeymujã/ dempsi, demptum: sic etiam sumo, biorã/ como, trefis wlosy/ Cerno cum significat videre, nullum habet præteritum: verum cum significat adire, ut cernere hæreditatem, dodhodzic/ habet crevi: composita cretum; ut decerno, skazujã/ decretum: ita secerno. odstaczã/ discerno, rozszodzã/ & excerno, podsiwã/ Lino, majã triplex habet præteritum, lini, livi, & levi, supinum litum: nam linivi à linio deducitur; unde delino, maszczã/ delinivi, delinitum, &c. Tempsi, temptum, iortasse invenies. Contempsi, pogardzã/ contemptum, utilitatissimum est. Linquo opuszczã/ liqui, solum, composita licetum: ut relinquo, zostawujã/ reliqui, relicum, &c.

Quero; quasivi, quasitum: curro, cucurri,
Cursum: tum verro, verri, versumque supinõ.
A gero duc gessi gestum, trivi a tero, tritum.
Ferre, tuli, latumque: uro dabit ussit, & ustum.
A sero fit sevi, atque satum: evi rustica proles
Atque situm: per ui. fit & ertum, cetera turba.
Dant sivi, situmque laceffo. capeffo, faceffo.

Pinso,

Pinso, pinsui, amat pistum, pinsunque, simulque. Pinsitum: Et incesso incesso, capit absque supivo.

SCHOLION.

URo, pale/ ussi, ustum: verro, umiatam/ verri, versum: nam versi in præterito inusitatum est. *A sero Et.* Non potest tradi certa Regula de compositis verbi Sero; nam fere omnia possunt accipi in alterutra significatione. Tantum illud animadvertite, quoties pertinent ad agriculturam, habere sevi, situm: alias serui, serum: ut consero *zasiewam/ id est, simul sero, conserui, consitum: si congregior, potyskam sis/ conserui, consertum: infero, zasiewam/ hoc est, insitionem exerceo, insevi, insitum: cum significat immito, roktadam/ inferui insertum. Ita dissero, rozsiewam/ separatim sero, vel disputo, dyspurus ja/ assero, przysiewam/ juxta sero, vel assero, &c. Hac tria verba: Lacesso, draznis/ capesso, uymuje sis/ facesso, sprawuje/ sivi, situm, faciunt: ut capesso, capessivi, capessitum, Tac: lib: 15. *Flavius, Et Afranius principium tanti factioris capessivere. S. August: de Civit: DEI referens verba Ciceronis ex lib: 4. de Republ: Escobines, inquit, Rempublicam capessivit. Facesso, zadawam prace/ uprzykrzam sis/ iidem facessivi, facessitum: Tac: lib: 30. Nul: unquam periculum facessisset, pro facessivisset, quod docet supinum esse facessitum, quò usus est: Tul: orat: 6 in Verr: Antequam audivisset, inquit, ei negotium facessitum. Pinso, w mozdzerzu ciuka/**

pieka

piekta chleb otulakam, pinsui, & Supinum triplex
pinsum, pinsitum, & pistum. Viso, nawiedzam,
visi, visum: quæso proxi, tantum plurale habet
quæsumus, cæteris caret.

*Dant flecto, plecto, xi, xum, sum necere
pecto.*

Et xui amat pecto neeloque: peto iuit, & itum.

Verto facit verti, versum; dat mittere misi.

*Ac missum: meto, messui, habet cum ꝑ. duplici
messum,*

Sisto, stiti, statum, ætivum: neutrale sequetur

Sto verbum: sterto tantum modo stertuit optat:

Vivo feret vixi, victum; solvique solutum

Solvo: sic volvi donabit volvo, volutum.

Denique texui habet texo, textumque supinum.

SCHOLION.

FLecto, 3ginam, flexi, flexum. plecto, parzi, ple-
xi, plexum, necito, wiozi, nexi, vel nexui, ne-
xum: pecto, czezi, pexi vel pexui, pexum: quan-
quam plecto, & pecto usitatus habent præteri-
tum, quam supinum. Sisto, 3astanawiam, reperit-
tur ætivum, sæpe pro eo, quod est retinere: ut
sistere lachrymas, przestac pialac, sistere gradum,
3ostac, Livius dixit: Fugam sistere. Plin: Herba
sistit profluvium sanguinis, &c. Et pro præsen-
tare se, sive comparere, ut quidam vulgo loquun-
tur: ut sistere se iudicio, stanoc przed sodem: Cic:
Att: *Da operam ut ubicumq; erimus, te sistas.*
& tunc habet stiti, statum, ut ait Gellius lib: 2.
cap: 14. Interdum est neutrum pro eo quod est
stare,

stare, vel consistere; sequiturque verbum Sto, & habet cum eo præteritum commune, steti. Composita neutra sunt: ut resisto, sprzeciwiám síe/obfisto, zastawiam síe/ persisto, trwam/ insisto, usituję/ ac retinent literam T, tum in præterito, tum in supino: ut resisto, restiti, restitum: sic insisto, obfisto, persisto, subsisto, quorum supinis toties uteris, cum apud probatos Scriptores legeris. Consisto tamen postawiam/ sortasse retinet in supino vocalem A unde Jupiter Stator, vide Comment.

QUARTA CONJUGATIO.

*Quarta dat ivi, itum: tribuit sepelire sepul-
tum.*

Sentio vult sensi, sensum: dat amixit, amictum.

Venio fert venum, quod ferme veniit optat.

Composita à pario per ui variantur, & ertum;

Comperioque peri poscit, reperique repertum.

Dat venio veni ventum: psi sepio, septum.

Singultumque facit singultu; sancio sanxi,

*Sanctum, & sancitum: tum vinxi, vincio, vin-
ctum.*

Vult salio salii saltum, sed pignora sultum.

Haurio fert hausi, atque haustum, sed farcio farfi,

Fartum, sic sarfi, sartum dat sarcio: fulsi,

Fultio habet fultum. Nil dant meditantia verba.

(Esurit excepto,) ferio, nil ajo reposcunt.

SCHOLION.

Verba quartæ conjugationis habent in præte-
rito ivi, vel ii, supino itum: ut audio, audivi,
vel

vel audii, auditum. Munio, *bronia*/ munivi, vel munii, munitum; præterita tamen alia aliis sunt usitatoria. Sentio, *czuja*/ *rozumiem*/ sensi, sensum. Amicio, *odziejam*/ supinò amictum, unde Participium amictus frequentissimum est. Cic: 2. Phil: *Sedebat in rostris Collega tuus, amictus togæ purpureæ*. Amicui quo Brutus apud Diomedem est usus, minus placet, quàm amixi, quò utitur Varro apud eundem. Vide Comment: Composita à verbo pario, faciunt ut præteritum, ertum supino: ut, aperio, *otwieram*/ aperui, apertum; eodemque modo operio, *otrywam*/ Comperio tamen, *doznawam*/ habet comperi, compertum, & reperio, *nayduje*/ reperi, repertum. Meditantia verba, sive meditativa dicuntur, quæ significant vehemens, & quasi molestum desiderium ejus actionis, quam significant: ut esurio, *tażna*/ *chce mi sia jeść*/ edendi, cœnatorio, *chce wieczerzac*/ cœnandi: scripturio, *chce pisać*/ scribendi, &c. omnia carent præterito, præter esurio, esurivi, esuriturum. Non sunt hujus ordinis ligurio, utracumque *tażorłachy*/ ligurivi, neque scaturio, *wytryskam*/ scaturivi. Ferio, *bija*/ & ajo, *możis*/ nec præteritum, nec supinum habent mutuari tamen possunt: serio, percussi, à percutio, ajo, dixi, à dico, aut aliquid hujusmodi. Sancio, *stanowis*/ fortasse olim habuit etiam sancivi, ut supinum sancitum videtur ostendere. Salio, *śacie*/ habet quoque salivi, vel salii, Virg: 2. Geor: *Mollibus in pratibus cunctos saliere per utres*. Salui fortasse non est in usu nisi in compositis

positis in silui, desilui, resilui. Venco, przedaja
 mis. sepio, gredz. singultio. szkam.

DE VERBIS DEPONENTIBUS, ET COMMUNIBUS.

Si dare prateritum vis deponentibus aptum:

Expedit activas illis affingere voces:

Ut vereor vereor, veritum: fluet inde supinum,

Indeque prateritū verit, sum: ita cetera forma.

Respuit hanc legem proficiscor; namq. profectus

Donat: & ulciscor facit ultum, adipiscor adeptus.

Dat fateor fassus; quistus queror, atque locutus

Fert loquor; & nitor nisus vel nixus amabit.

Metior, & mensus, patior passus: veor autem

Dat ratus; oblitum vult obiviscor & ator

Usum: expergiscor vult exprectus habere.

A fruor est fruitus; verum a sequor ede secutus.

Dat gradior gressus: miser ri redde misertum.

Nanciscor naetus faciet; pactusque paciscor.

Comque miniscor habet commentus. & ordior oris.

Mortuus a morior capiet: feret ortus oriri.

Nascor amat natus, per iturus flecte futurum

In tribus extremis. Recte spoliabis, utroque

Hac: vescor, linguor ringor, medeor, reminiscor.

SCHOLION.


PRæteritum in Deponentibus facile formabis,
 si singas illorum Activum: ut si vereor, obas
 wiam sis, a verco deducas, inde verui, veritum,
 atque inde formes, veritus sum. Blandior, pobtas
 sam, tagodnie mowis, quasi a blandio, blandivi,
 blan-

blanditum, blanditus sum, atque in cæteris eodem modo. *Respuit hanc legem &c.* Quædam autem hęc modo formari non possunt: ut proficiscor, id est w drogę / profectus sum, fateor, wyznaję / falsus sum, confiteor, spowiadam się / confessus sum, diffiteor, nie znam się caret præteritō. Triæ hæc prior, umieram / orior, wschodzę / nascor, rodzę się / in præterito mortuus sum, ortus natus, in participio futuri habent moriturus, oriturus, nasciturus. Quinque postrema. vescor, vesceris, pożywam / linquor, eris, rozpuszczam się / ringor, ringeris, dostam się / gęszę się, medeor, leczę / reminiscor, wspomynam / carent præteritō, & supinō: Ulciscor, mścić się / adipiscor, dostaję / nitor, ślę się / wspieram się / metior, wymierzam / teor, mierzę / expergiscor, ocucam się / fruor, żądam / sequor, ścigam / gradior, postępuję / idem / nanciscor, nabynam / paciscor, zmagiam się / tim utogam się / comminiscor, zmyślam / ordior, poczynam.

APPENDIX.

A Svescant hic jam pueri latinæ lingvæ puritatem conservare: voces barbaras non minus, quam nautæ scopulos periculosos, devitent: cujus modi sunt: Cmeto, usurpari solitum, pro subdito, seu colono; coretus, pro modio: caules, pro brassica, kapusta / morella, pro dauco, seu sisere, marchew / kuczmerka / pelliceus, pro veste pellicea melote, seu diphtera, grisseus, pro leucophæo, seu gilvo, fiary / boreas, pro pineto, bor / & alia similia sexcenta.

FINIS LIBRI PRIMI.



Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ
Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ Χ Ψ Ω.

α β γ δ ε ζ η θ θ ι κ λ μ ν ξ ο π ω
ρ ρ σ σ τ τ υ φ χ ψ ω.

Α α	ἄλφα	Alpha	a
Β β ϐ	βῆτα	Vita v. beta	v, b
Γ γ γ	γάμμα	Gamma	g
Δ δ	δέλτα	Delta	d
Ε ε	ἒψιλόν	Epsilon	e tenue
Ζ ζ ζ	ζῆτα	Zita v. zeta	z
Η η	ἦτα	Ita vel eta	i, e
Θ θ θ	θῆτα	Thita v. theta	th
Ι ι	ἰώτα	Iota	i
Κ κ	κάππα	Kappa	c, k
Λ λ	λάμβδα	Lambda	l
Μ μ	μῦ	My	m
Ν ν	νῦ	Ny	n
Ξ ξ	ξῖ	Xi	x
Ο ο	ο μικρόν	Omicron	o parvum
Π π π	πί	Pi	p
Ρ ρ ϱ	ῥώ	Rho	r
Σ σ ς	σίγμα	Sigma	f, s
Τ τ τ	ταῦ	Tau	t
Υ υ	υψιλόν	Ypsilon	y tenue
Φ φ	φῖ	Phi	ph
Χ χ	χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	ψῖ	Psi	ps
Ω ω	ωμέγα.	Omega,	O magnum.

~~17~~
1740.1.13AX
1740.1.13AX -